6
39-d
27

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
29 B
35

liotheca
oll. Rom.
Jesu

23-2-90
23.5.28
6-39-d-27

Digitized by Google

JACOBI BONGARSI
ET
GEORGII MICHAELIS LINGELSHEMI
EPISTOLÆ.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI
Ex Officina
JOSIÆ STÆDELII.
CIↃ IↃC LX.

by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS Lectori.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEges hic Bongarſii & Lingelshemii Epiſtolas, multa eruditione, & variis prudentiæ documentis plenas, beneficio Nobiliſſimi Ampliſſimæque dignitatis viri, qui Inclytæ Reip. ad Helvetios Legatus à Clariſſimo viro Dn. Franciſco Veyrazio eas, ut lucem viderent, accepit. Has venerandus hic ſenex, qui in contubernio Illuſtris Bongarſii, duodecim annos, eidem ab epiſtolis, vixerat, deſcripſit integras; Nos autem rationibus quibusdam adducti, quædam punctis

Digitized by Google

ſignata omittere maluimus, Quod quo conſilio factum, prudentiores facile agnoſcent.

JANI GRUTERI

Epigramma,

In effigiem

JACOBI BONGARSII.

A quo candorem poterat ſibi ſumere Candor,
Fidem Fides, modeſtiam Modeſtia:
Quoque minus fuerat Pietas pia, Gratia grata:
Quo Comitas minus Comis, minus Lepos:
Quælibet à quo gaudebat Doctrina doceri:
Tali videndus ore erat Bongarſius.

Ex

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex Epiſtola FRIDERICI SPANHEMII Ad LUDOVICUM CAMERARIUM.

Qualis & quantus Bongarſius *fuerit, illi norunt, qui aliquam rerum ſuperioris ſeculi notitiam habent. Gallum gente, domo Aurelianenſem fuiſſe, & nobili quidem genere oriundum, conſtat, quod tamen decus minimum eorum fuit quæ in eo ſpectari debebant. Plus ſuæ Virtuti debuit, quàm maiorum imaginibus. Illa maximi Regis* Henrici IV. *amorem meruit & favens iudicium.*

Ab eo etiam ad Germaniæ Principes creperis rebus ſæpius miſſus, ſuam Regi fidem, candorem & integritatem omnibus probavit, Prolegati munere aliquoties, Legati ſemel, & quidem pro dignitate, functus. Judicium ei obtigerat magnorum negotiorum capax, & quod caput eſt, cum ſingulari probitate coniunctum, quæ miſtura rariſsima eſt noſtro ſeculo, quo vafra potiùs quàm ſincera ingenia probantur, & quo nonniſi illi magni cenſentur qui vulpinari norunt, & ſcenæ ſervire. Pietati & integritati Bongarſius *eruditionis & eruditorum adiunxerat amorem. Nec vel aula, vel negotia, vel peregrinationes creberrimæ interceſsère, quo minus & illam promoveret in aliis, & ſuæ fidem*

face-

faceret, quam non vulgarem habuit, & tantò magis æſtimandam, quò cum maiori modeſtiâ coniuncta fuit. Nec tantùm Iuvenis Juſtinum *doctiſſimis notis à ſe inſtructum dedit, ſed & ſenex inter graviſſima negotia vulgavit Volumen ingens* Geſtorum Dei per Francos, *quo belli ſacri ſcriptores complures complexus fuit. Alterius etiam materiam collegerat. Sed mors & vitam integerrimi Viri, verum prudentiæ & probitatis exemplar, & tantum eius fructum nobis intervertit. Bibliothecam ſuam, quam inſtructiſſimam habebat, & vel maximé Codicibus manu exaratis, locupletiſſimam, eruditis ſemper patere voluit, quorum commoda in publicos uſus ſumma propenſione iuvit, nec*

magnam

magnam tantùm, ſed & bonam famam apud bonos omnes reliquit. Quanti eum etiam ſummum ſeculi decus Vir Illuſtris Cl. Salmaſius, *cui familiarius notus erat, fecerit, faciatque, ex eius ore non ſemel intellexi.*

JAC.

GEORGIO LUDOVICO HUTTENO.

NObiliſſime ac Generoſe Domine. Quod poſtremis ad te meis accepi, præſtabo quantum potero, ut quorum evaſurum ſit fœderis illius negotium, ognoſcas. Deprecati primum Ordines, ne d ſe, priusquam in Angliam Dn. de Sancy eniret: futurum hoc vitandæ æmulationi, tque invidiæ, qua iam ſatis gravarentur. Et nemini, tetigiſſe me hæc poſteris meis. Angliæ vero Regina priusquam Dominum e Sancy admitteret, ſignificandum curavit, elle ſe de ipſo Legato ſuo Omptono intelliere, quo loco res eſſent. Omptonus poſtuam Regi expoſuiſſet, quæ habebat in nandatis & viciſſim à Rege accepit, quæ ipſi ommittenda Rex putauit, ad Reginam literas dedit, ab eaque reſponſum accepit, uod bona ſpe replevit noſtros. Ita mutuis actenus ſcriptionibus actum, dum ærario eformando Dominus de Sancy incumbit. idetur mihi (quod tibi ſoli commiſſum vem) Regina expetere Regis colloquium, à

A quo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quo non eſt alienus Regis animus: ſed Fera, nimis hactenus fera nos tenet. Eâ occupata, ſpero de colloquio facile negotium futurum. Ex adiunctis miſcellis excerptis, cognoſces de rebus noſtris, varia. Lubet addere, Principis Condæi educationi inſpectores conſtitutos, Harlæum, primum, & Auguſtinum Thuanum Buerium alterum, Senatus Pariſienſis Præſides. Præceptorem datum ei, Nicolaum Fabrum; Viros inſignes probitate; Iniunctumque, inculcarent puero; Quoniam ſcindere Galliæ Regni ſubditos Religionis diverſitate DEO viſum, teneri & ſervari Regnum non poſſe, niſi utriusque Religionis ſubditi æquali jure haberentur. Eſſe præterea jura quædam Regni ipſius Eccleſiæ Gallicanæ, quibus Galliæ Regnum ſuper cætera ſit; Ea conſervari, non ſolum ex dignitate, ſed etiam ex ſalute Regni eſſe. Politica hæc ſunt, quæ quidem velim ad DEI verbum peracta, & diligentius: ſed nos, ut quimus, quando ut volumus non licet. Vale Ampliſſime & Nobiliſſime Domine. Argentina, 20. Aprillis. 1596.

Eidem.

NObiliſſime & Generoſe Domine. Heri accepi quas ad me de publicis rebus inter multiplices occupationes, & va-

ıledudine non ſatis firma dediſti. Ex-
avit aliquot dies Onoltsbachii tabella-
, ex quo à vobis diſceſſit, nec tamen re-
t quicquam certi. Spem facit VValden-
ius noſter, intra triduum miſſurum ſe ab
ſtriſſimo Marchione reſponſum. Lit-
s Illuſtriſſimi Principis Domini Electo-
ras ad Regem mittam, quibus addam
oſitionem eorum, quæ prolixioribus
us Celſitudinis ad me litteris continen-
& Illuſtriſſimi quidem Principis Domi-
lectoris egregium, in publicam rem,
mum, ex ipſis illis ad me litteris facile
ſpicio, atque agnoſco in eo ſtudium at-
operam tuam, qui fideli & prudenti e-
atione talem nobis reddidiſti Princi-
n, & cum porro regis conſiliis tuis felici-
: quod ut quam diutiſſime facias, & ille
conſulente facilius ſequatur, à DEO pe-
obnixe. Conſilium Illuſtris Comitis
nsfeldii, ab ipſo cognovi, quod eo facit,
evius videatur Principibus hoc onus: ſed
eris prodit animorum inter ipſos Princi-
diſtractionem, quæ iam ex ipſo elucet,
od ſolum hodie ab Illuſtriſſimo Principe
ctore reſponſum habeam, in re quæ tra-
ri & conſtitui communi conſilio debue-
, deliberantibus adhuc aliis, & variantibus.
llem aliter eſſet: ſed feramus, quod mu-

tare non poſſumus, & vix aliter poteſt inter pares. Non poteſt tamen durare iſta diſtractio, quin feneſtram hoſti aperiat, ad eam cui iam dudum inſidiatur, libertatem invadendum; ſed aderit, ut ſpero, DEVS è machina. Quicquid ab aliis reſponſi accepero, faciam ut id cognoſcatis quamprimum. De fœdere ita res habet: Cum profectioni paratus eſſet, Dominus de Sancy, & incipere ab ordinibus vellet, quos Hagæ congregatos audiebat, advenit Omptonus, Legatus à Regina Angliæ; cuius eò primum Rex expoſtulare graviter deſertam ſe à ſorore Regina in cauſa publica, & depoſitam ab ea, à qua minime oportuerat, & tum, cum minime oportuerat, Rempublicam: & alia huius generis. Ad ea ille & excuſare Dominam ſuam, implicatam rebellione Hybernica, quâ ſibi Hiſpanus aditum in Angliam comparare conatur: & offerre inpoſterum, ſtudium atque operam eius: atque petere, ut profectionem Dominus de Sancy maturaret: Rex, generalia eſſe, quæ afferret à Regina, & incerta: ſuos vanis ultra & irritis legationibus fatigare non decreviſſe: præcederet ipſe, & ſi is eſſet in Remp. animus, qui eſſe deberet, & quem prædicaret ipſe, è veſtigio ſubſequuturum Sancium. Interim deprecari ordines, ne primum

[p]rimum ad ſe Dominus de Sancy veniret,
[i]pſorum reſpectum eſſe Regiæ Majeſta[ti]
[a]nimum, cui defuturi nunquam ſint. Sed
[s]ubripi æmulatione Angliæ Reginam, quæ, ſi
[L]egationem ab ipſis Dominus de Sancy in-
[c]iperet, honori ipſius & amicitiæ datum in-
[t]erpretatur, non captatam conventus ipſo-
[r]um, qui tum habeatur, occaſionem. Quid
[p]ræterea actum, nondum comperi: niſi
[q]uod ex Hollandia amici ſcribunt, accerſi-
[t]i ab Angliæ Regina Saacium, & ante ma-
[i]um vix in Hollandiam perventurum. Hæc
[a]d te confidenter, ut ex iis de ſtatu Reip.
[q]uæ tua prudentia eſt, iudices, ſpargi vero
[n]olim. Conſtitueram excurrere ad meos
[i]n patriam, ordinandæ, rei familiari, & à
[R]ege, ut liceret, petieram; ſed video, mihi
[a]ctionis iſtius expectandum exitum; & mo-
[n]ui huc mittendum, confecta Domini de
[S]ancy legatione, Ancelium, qui Illuſtriſſi-
[m]os Principes de ſucceſſu Legationis edo-
[c]eat; is comes eſt adiunctus Domino de
[S]ancy. Interim quæcumque cognovero,
[f]aciam vos de iis certiores. Vltimum, &
[R]egis Chriſtianis, & publico nomine non
[p]oſſum, quin ingentes tibi gratias agam, pro
[E]xcellenti tuo in Remp. animo. Novi ni-
[h]il habeo, præter vulgata & protrita. Vale
[N]obiliſſime Domine DEVS te ſervet, &

 reſti-

reſtituat priſtinæ valetudini. Argentorato 24. Martii 1596.

ELECTORI PALATINO.

ILluſtriſſime & Potentiſſime Princeps, ac Domine benigniſſime. Litteras ab Illuſtriſſima Celſitudine veſtra ad Regem Dominum meum, & adiunctas ad me heri accepi, illas curabo cras perferendas: & quæ prolixioribus illis ad me Illuſtriſſima Celſitudo veſtra exponit, ea adiungam Celſitudinis veſtræ ad Regem litteris. Interim & Majeſtatis eius nomine, & Reip. meritas ut poſſum, gratias Illuſtriſſimæ Celſitudini veſtræ ago, pro ſuo illo perpetuo in ipſius Maieſtatem Remquep. animo, ad cuius exemplum effictos alios Principes utinam cernere liceat. Novi nihil habeo quod addam, Nam hoc Illuſtriſſimæ Celſitudini veſtræ novum non eſt, Comparare ſe Cardinalem Auſtriacum quantum poteſt, ad bellum nobis inferendum: cui excipiendo paratum eſſe Regem confido. Sed opportune ſane accidet hoc Majeſtati eius ab Illuſtriſſima Celſitudine veſtra aliiſque principibus auxilium, ſuſtinendis porro Hiſpanicis viribus,

quæ

uæ augeſcentes undique, cæteris neglectis,
ios ſolum petunt. DEVS Opt. Max. &
llos tandem pro ſua in Rem Chriſtianam
enignitudine reprimat aliquando, & Illu-
triſſimam Celſitudinem veſtram diutiſſime
ervet incolumem. Argentorato 24. Mar-
ii, 1596.

OHANNI GUILIEL-MO STUCKIO.

REverende, & clariſſime Domine. Non
teneo me, quin graviſſimi in doloris
mei partem effundã in amicum ſinum
uum. Erepta eſt ipſa, die qui nuptiis dictus
rat, amata mea Odetta Spifama Chalongia.
Mutuus nos amor devinxerat fere ſexen-
ium. Nuptias vero utrinq; optatas peregri-
ationes meæ & Regia negotia hactenus im-
ediverunt: & poſtquã miſſionem à Rege nõ
mpetro, impetro ab ea, ut Duce parente, ini-
uiſſima tempeſtate, moleſtiſſimis & cum
ericulo itineribus in Germaniã ad me ſe re-
erret. Locus dictus conventui, nuptiisque,
aſilea: ſed illa ſuperatis moleſtiis omnibus,
t Montbelgardum venit, & me detineri Ar-
entinæ, neque ipſi obvium ante octiduum
oſſe cognovit eodem ſpiritu efficere quod

reſtabat itineris, Argentinam usque voluit. Excepta ſummo gaudio, & à me, & ab amicis; & quia abeſſe mihi tū temporis Argentina non licebat, nuptias facere ibidem placuit. Dum comparantur omnia (ingerit manum DEVS) & octavo poſtquam advenerat die, febri correpta, quarto demum poſt, beatam animam cœlo reddidit, cum duabus aut tribus ante horis primùm peſtilentem eſſe morbum cognoviſſemus. Ita ſummum gaudium Dominus ſummo luctu mutavit, & viduum ante, quam maritum eſſe voluit. Te vero in partem acerbiſſimi doloris imprudens an impudens, voco. Publica attingere luctus vetat, defixo penitus in graviſſimum hoc vulnus animo. Tu vero juſtiſſimum dolorem excuſabis, & me miſerum, afflictumque amare pergas. Graveſtadâ prope Argentinam 8. Febr. 1597.

Eidem.

Reverende & Clariſsime Domine, Literas tuas mihi Eſcherus reddidit, gratiſſimas illas & optatas, in quibus hoc tamen ingratum, quod de coniugis tuæ obitu ſignificas, grave tibi iſta ætate, hoc ſeculo, ſociam amittere vitæ, laborumque. Sed iſtos nobis veluti aculeos DEVS immittit, quibus:

bus torpentem aliquando virtutem exerceat, & nos,noſtri oblitos, admoneat. Sed fruſtra ego apud te, tanta doctrina, virtute, Conſtantia hominem, vulgatos conſolandi locos uſurpem: alia tu à vulgo & ſupra vulgum habes,quibus iacturæ iſtius deſiderium vincis. Scriptum quod commemoras tuum, nimis valde videre velim, aptum ad tempora, quibus malis publicis ex alto, & remedium, & conſolatio petenda eſt: quæ hic inter nos nusquam reperias, namque inferiora hæc. Quid occurrat aliud, quam vitiorum omnium Chaos? Nec fides, nec probitas (privatorum hominum & magnates iudicant virtutes) nec prudentia illa gubernatrix, nec magnitudo animi, qua ſe tollere vulgo principum, principes deberent, usquam apparet; Itaque ad ipſam Reip. vel levem mentionem totus cohorreſco. Quid dico Reip? Rempubl. eum dico, dico quod nusquam eſt; ex publica privata facta eſt. Privatam rem ſuam omnes agunt, tractant, promovent, publicæ incurioſi; Niſi immerentem, DEUS ex alto ruinam ſiſtit, verti & ruere omnia iamiam video. Publice loquor, de toto hoc nominis CHRISTIANI miſere diſcerpto corpore. Vale Reverende & Clariſſime Domine. Argentorato 25. Apr. 1595.

Eidem.

QVas ad me dediſti XII. Novembr. accepi heri, & debeo tibi ſane plurimum, quod amicum in me animum ſervas conſtanter. Sed filium tuum videre, non contigit. Me certe peſſime habet, quod uſui tibi aut tuis eſſe non poſſum: ita me undique deſtituunt rationes, quibus explicare vobis poſſim animum meum, tui tuorumque merito ſtudioſiſſimum; Legationem veſtram feliciter re confecta rediiſſe gaudeo. His locis, ut ſcribis, turbant non leviter homines inquieti: ſed non tam ego horum turbulenta ingenia, quam Principum veternoſam quietem accuſo, qui pati omnia edocti, cervices iam aptant iugo. Et ipſa ...., quam prope abeſt à ſervitute? Veſtrum eſt, qui libertatem & parare, & ſervare veteres eſtis, amicis & fœderatis illis veſtris, ſana & vobis digna ſubminiſtrare Conſilia, & porro ipſis adeſſe re & ope omni. In Belgio, DEI gratia, ſalva omnia. Embdanus Comes ab ordinum milite, qui urbi adeſt, male habetur, exutus caſtellis omnibus, quæ ad Amaſim exſtruxerat, navigationi in poteſtatem ſuam redigendæ, contra pacta: nempe ut poſtea Hiſpanis addictus, Ordinum vexaret ſubditos, iiſque negotiationis

tionis curſum impediret. DEVS iſtis adfuit tempori. Iſte tuosque & Remp. veſtram ſervet ſalvam, florentemque. Francofurto 9. Decembr. 1602.

G. L. HUTTENO.

NObiliſſime & Generoſe Domine. Quod addam iis quæ ad Illuſtriſſimum Principem, Dominum Electorem, Regis Domini mei nomine ſcribo, non habeo. Sed præterire te inſalutatum non potui. Statum rerum noſtrarum & Regis conſilia cognoſces de illis ipſis litteris, & adiunctis excerptis. Sed rogo te, Huttene, ut nobiliſſime, ita prudentiſſime, per excellens tuum in Remp. ſtudium, per ipſam ſalutem publicam, oro atque obteſtor, ne prætermittendam hanc tibi Reip. conſulendi occaſionem putes. De fœdere agitur inter Regem Chriſtaniſſimum, Sereniſſimam Angliæ Reginam, & Ordines Belgicos. Quantum veſtræ, Reique pub. interſit, atque adeo eius quam profitemur Religionis, vos in id convenire, ſatis ipſe intelligis. Qui vos homines circumſtent, quæ conſilia agitent, cernis: quanta etiam inter ipſos, unius Imperii veſtri Principes, diſtractio ſit, quotidie experiris. Vinculum aliquod accerſendum,

quod nos adverſus illa conſilia conſtringat, atque firmet, id in hoc offertur fœdere. De quo, ut animum mihi tuam explicare, per amicorũ ex veſtris aliquem velis, etiam atq; etiã oro. Si quid vobis difficultatis obiicitur, id ego ſi ſolvere nõ poſſum, ad fontem recurram, & ipſum Regem conſulam; & faciam vobis, ut expedita ſint omnia. Per hunc tabellarium, & ad illas quas Stutgardia dedi, & ad has reſponſum à vobis expeto, & ſane expecto. Tu verò Vir Nobiliſſime Vale. Argentorato. Raptim 27. Februarii 1606.

G. M. LINGELSHEMIO.

AMpliſſime & Clariſſime Domine, S. Redii tandem domum, confecto itinere ſane moleſto, utinam non infructuoſo, ſed fructum hactenus nullum video. Tot iam ſeptimanæ elapſæ ſunt, ex quo & Illuſtriſſimus Elector, & Illuſtriſſimus Marchio Onoltspacenſis, litteras à Rege acceperunt, & quid ab Eorum Celſitudinibus Rex peteret cognoverunt: Ego vero, ne verbulum quidem ab iis vidi hactenus: & interim in eos intuentur alii: & adhuc quod miror magis, expectant communicari

ſibi

ſibi pro more, quæ agitantur. Repetere: Rex iubet, non unis litteris, quæ iam & Illuſtriſſimo Domino Electori, & aliis Principibus expoſui: & repetere verbis liberioribus. Id facio uti cognoſces de adiuncto ſcripto, quod conſcribere conſtitueram Conſiliariis iis omnibus, quos ſubſiſtere Heydelbergæ Illuſtriſsimus Elector voluit: ſed conſultius putavi, mittere id ad te privatim, & ad Pleſſenium veſtrum, vos ei legendo advocabitis, quos è Rep. viſum fuerit. Idem, totidem verbis ad Illuſtriſſimum Electorem, & alios Principes mitto. Veſtrum eſt, qui in magno Principis Conſilio eſtis merito veſtro, id Optimo Principi conſilium dare; quod ſit ex animi veſtri ſententia: & dignitati Principis & Reip. accommodatum. Addidi etiam excerpta, ex ipſis partim Regiis, partim præcipuorum amicorum litteris, quæ me à pleniore ſcriptione excuſabunt. Tabellarium hunc iuſſi Onoltzbachium, inde Noribergam, tandem Ambergam, ubi erit Illuſtriſsimus Elector, contendere: ſi expeditior vobis faſciculum meum ad Illuſtriſsimum Electorem mittendi ratio eſt, cum ut à tabellario accipies, peto, pro quo Schedulam Tabellario dabis, ad Hochfelderum, aut alium è conſiliariis, quo advenienti huc, & reſponſum petenti, fides

habeatur. Vale, Vir Clariſsime, & me viciſſim utere. Argentorato 27. Febr. 1596.

COMITI ERNESTO DE MANSFELD.

ILluſtris & Generoſe Domine Comes. Quæ habeo de rebus noſtris, ea cognoſcet Generoſitas tua de adiunctis ſcriptis, quibus addidi Exemplum litterarum, quas ad me dedit Myronius, conſiliarius Regius, miſſus conficiendæ pacis Lotharingicæ cauſa, quæ Generoſitati tuæ fidem facient, me de Benfeldio Majeſtatem eius feciſſe certiorem. Monui & Clariſsimum Dominum Reuberum, & Iuntam, ut conſignatas mihi darent querelas ſuas, quas ab ipſis Germanice acceptas, Gallicas feci, & confeſtim miſi ad Myronium, ut de iis agat cum ipſo Lotharingiæ Duce, & filio Cardinali uti à Rege ipſo in mandatis habet. Sed ab Illuſtriſsimo Palatino Electore & Marchione Onoltsbacenſi nihil hactenus litterarum ad Regem me accepiſſe demiror: & obſtare publicis commodis eum audio, quem etiam non nominatum Illuſtris Generoſitas tua facile intelligit: cæptam ille viam pergit, magno malo publico, & aliquando ut ſpero ſuo. Illu-

ſtris

ſtris & Generoſe Domine, Vale. Argent. 17. Martii, 1596.

G. M. LINGELSHEMIO.

CLariſsime & Ampliſſime Domine. Litteras, quas ad te dedi, Kal. Decẽbr. nondum eſſe redditas; cognovi ex iis, quæ ad Dominum Doctor. Lobbetium ſcribis. Nos hic tranſitu militis Hiſpanici, qui Burgundiam ingreſſus, Montbelgardenſes anxios habet, expectatione ſuſpenſi ſumus: Etſi mihi hoc eum iter facturum non facile perſuadeo. Montbelgardenſes ne in vicinia eorum hyemem exigat, videntur timere. Et hi forte Lucii illi, de quibus Illuſtriſſimum Electorem conſultum audio. DEVS omen. De Fera in bona ſpe ſumus, nec inferri annona, niſi Marte aperto, qui Regi in votis facile poterit; Solmenſis ex vulnere, quod eo ipſo die, quo ad Feram venit, accepit, convaluit. Tremblecurtium mandato Lotharingiæ Ducis interemptum iam omnino conſtat, & inſolenter ſe dictis, factisque erga Ducem habuiſſe, & de liberando captivo Marchione de Chauſii, conſilia agitaſſe aiunt. Remiremontii circa mediam noctem, obſeſſa

obſeſſa in qua divertebat domo oppreſſus, vim, ferro flammiſque iis quibus datum erat negotium parantibus; ſe dedidit, deductus in aperta, iam Duci ſiſtendus, iubetur ſi quid mandare ultimum vellet expromere, & ſe ad mortem comparare, è propinquo ſacerdotem impetrat, etiam ut liber, ſolutusque colloqui cum eo poſſit. Sclopetarii hinc inde diſpoſiti obſeruant hominem, qui effugio occaſionem datam ratus, ſepimentis qui in proximo ſaltu ſuperatis, ſe in Moſellam præcipitat, ſed ictibus aliquot, antequam ſeſe in aquam immitteret, in ipſa etiam aqua acceptis, ſubmerſus eſt: hic finis hominis, ut audaciſsimi ita leviſsimi. Illis quas ad te dedi Kal. Decembr. adiunctæ erunt ab Ancelio litteræ. Quid audio? Piſtorium eſſe apud Illuſtriſsimum Durlacenſem, is ne quod in Religione valde turbet, nimis valde timeo. Vale Clariſsime Domine, Argent. 17. Decembr. 1595.

Eidem.

ETſi nihil erat, quod te valde vellem, nolui tamen Dominum de Lantij absque meis ad vos abire; ego in horas expecto Capitaneum Sage, qui litteras à Rege adfert ad Illuſtriſſimos Principes, quarum exempla iam accepi, & ille ubi locorum hæreat

reat miror. Cardinalem Auſtriacum aiunt Veſontium advenire, ſub prætextu videndi ſacri Sudarij: tenuit illum in Allobrogibus, expectatio conſiliorum, quæ Maſſiliæ agitabantur, quæ fruſtra fuiſſe ſpero: nam quæ nuntiantur de Conſule oppreſſo, nondum mihi plane certa. Quæ de Induciis cum Sabaudo rumor neſcio qui, & redire ad officium Espernonium, ſed hæc coram ut ſpero brevi, etſi excuſare me hoc tempore moeſtis profectionibus velim. Nobiliſſimos Dominos, Ampliſſimum Huttenum, Pleſſenium, Colbium, Loeffenium, Gernandum ſaluta officioſiſsime. Argent. Kal. Ian. 1596. quem Illuſtriſſimo Electori, eiusque familiæ, & tibi, tuisque felicem à Deo precor.

CANCELLARIO REGNI DANIÆ.

MAgnifice & Illuſtris Domine, Quæ de ſtatu rerum noſtrarum hic, litteris amicorum comperi, ad Generoſitatem tuam perſcripta mitto. His litteris nullum aliud argumentum, nec alia cauſa, niſi forte Generoſa Dominatio tua expectat, ut ei res noſtras commendem: atque petam ab ea, ut in id incumbat, ut Rex Chriſtianiſ-

ſimus

ſimus intelligat non fruſtra me ab eius Majeſtate ad vos miſſum. Sed ego neque iſta commendatione, neque hac petitione utar. Scio & res noſtras ſatis commendatas eſſe Generoſitati tuæ, & Generoſitatem tuam ea pietate eſſe, ut quod iudicaverit eſſe in Remp. Chriſtianam, id in medium conſultura ſit: ſed eam auctoritatem eſſe ſcio veſtræ Generoſitatis, merito ſuo, ut quod optimum, conſultiſſimumque iudicaverit, id etiam effectum datura ſit. Itaque nihil addam, niſi modo licet & decet, ſalutem Domino Ramelio, Domino D. Petro. Tu vero Illuſtris Domine Vale & Salve. DEUS tibi, Regno, Regique veſtro fauſtum felicemque annum in ſequentem faciat. Guſtrovio ultimo die anni 1589.

HEUGELIO.

CLariſſime Domine, Gratias habeo diligentiæ tuæ, qua ſcio procuratas mihi ab Illuſtriſsimo Principe veſtro, ad ſenatum huius Vrbis litteras? Ita conceptæ ſunt, ut ſperem, non abituras ſine fructu. Mihi quidem nullum unquam dubium fuit, quin Illuſtriſsimus Princeps veſter, accedente opera tua, res noſtras, favore atque ope ſua, proſecuturus eſſet. Sed terrebant me,

ne, nonnihil calumniæ, quibus videbam innocentes nos peti: & vereor adhuc, ne quid illarum auctores nobis ultro noceant: nam de cæterorum Principum auxilio, video Illuſtriſsimum Landgravium frigidé loqui. Tu vero, Optime & Clariſsime Vir, ſi quid ſcis, quod ſcire me interſit, ut ſane ſcis, perſcribe Francofurtum, quo loco ſpero me brevi futurum. Imprimis autem dubius ſum valde, quid in Saxonia Palauicinus effecerit: Eius ſubito diſceſſu, quem non additis cauſis per litteras ſignificavit, nonnihil commoveor. Impeditum me his curis, tu facile expedire potes, ſi lubet. Peto itaque abs te, ut quæ de his comperta tibi ſunt, per litteras mihi ſignificare velis. Tædet iam, Clariſsime Domine Heugeli, inanes & verboſas gratias meritis tuis agere. Ago tamen, ut ſcias me meritorum tuorum, & cum primũ ſe occaſio dabit, non verbis amplius, ſed reipſâ gratiam relaturum. Vale, & me amare resque noſtras amplecti ſtudio tuo perge. Norìberga 29. Iunij 1590.

ILLU-

ILLUSTRISSIMO LANDGRAVIO HASSIÆ.

ILluſtriſsime Princeps, Non feſellit me ſpes illa mea, quam certam de Illuſtriſsima Celſitudine Veſtra conceperam. Sciebam illam nullis permoveri rumoribus poſſe, ut vel minimam iniectam neceſſariis Regi Chriſtianiſsimo auxiliis moram vellet. Et confirmarunt acceptæ hoc mane ab Illuſtriſſima Celſitudine veſtra litteræ datæ Caſſelis 17. Iunij: Adiectum exemplum earum, quæ Ampliſsimo huius Reip: Senatui inſcribuntur, legi: & placuit ita preſſim & eleganter, quæ juſtiſſimæ cauſæ cõmendandæ faciunt, expreſſe continet, ut optari à me, nihil amplius potuerit. Ego vero Illuſtriſſime Princeps, hoc nomine Illuſtriſsimæ Celſitudini veſtro ſummas cum ſubiectione debita gratias ago; Quid enim poſſumus aliud, tot ab Illuſtriſſima Celſitudine Veſtra cumulatis ingentibus beneficiis, quàm id teſtari verbis, quod præſtare reipſa non poſſumus. Sed abſit, ut ita averſum ſit à Regno Francorum Numen, ut non aliquando meritas Illuſtriſsimæ Celſitudini Veſtræ gratias Rex referre poſſit. Animus Majeſtati eius nec deeſt, nec deerit unquam: facultatem,

Par-

Pax DEI auxilio conſtituta, afferet aliquando. Sed litteras Ampliſsimo huius Vrbis ſenatui inſcriptas tradam, ut Illuſtriſſima Celſitudo Veſtra iubet, paucis, iisque quos favere optimæ cauſæ, & optimo Regi bene velle comperi. Spero ex iis fructum, quem Illuſtriſsimæ Celſitudinis Veſtræ maximis meritis ſuis comparata auctoritas, & hæc ipſa optima cauſa merentur. Quamdiu quidem hic verſatus ſum, viſus ſum notare eam eſſe Illuſtriſsimæ virtutis, prudentiæq; veſtræ apud omnes exiſtimationem, ut quodcumque daret Conſilium, id omnes boni, facile ſequerentur. Quicquid reſponſi tulero, id ut reſciſcat quamprimum, Illuſtriſsima Celſitudo Veſtra ſedulam operam dabo. Sed quid apud Illuſtriſsimum Saxoniæ Electorem à Domino Palavicino actum, aut tranſactum ſit, id ego hactenus exquirendo inveſtigare non potui. Et ex ipſius Palavicini litteris non ſine ſtupore intellexi, eum in Angliam properare, cauſas profectionis quaſi litteris diffidens non addebat. Hoc ſcio, ipſius illam profectionem, quæ latere non poteſt, non parum detrimenti allaturam rebus Chriſtianiſſimi Regis. Amici, ſubditique, nullam hinc opis auxiliique ſpem amplius eſſe iudicantes, concident animis. Hoſtes, quos quæcumque etiam occul-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

occultius aguntur, non latent, eadem de causa animos tollent: & ſi forte aliud agi ſuſpicentur, nec eo loco res eſſe, ut deſerendum ſibi vicinum, amiciſſimumque Regem, Illuſtriſsimi Imperij Principes putent, tamen lente iam agi nec parata prompta que, ut decebat, auxilia eſſe, facile perſpicient. Atque dum illis occaſio datur, non deerunt ſibi: & tempus, quod nos cunctando terimus, ipſi agendo ſeriò impendent. Certe Prudentiſſime atque Illuſtriſsime Princeps, undique ex Italia viciniſque locis nunciatur magnas copias in Provinciam Galliæ noſtræ comparari: & præter alia, longas naves ſexaginta paratas in Genvenſium portu eſſe, compertum eſt. Et Sabaudus Helvetiorum opera, componere res cum Genevenſibus conatur: ut totum ſe vertere in Galliam poſſit. Me verò res Metenſis & Marſalium 14. ut ajunt maioribus tormentis validé oppugnatum, graviter afficiunt: & creſcere in dies Lotharingiæ Ducis audacia videtur. Cæterum in Gallia, ubi rebus ipſis Rex ipſe intereſt præeſtque, DEI gratia, mediocri loco ſunt: ſed perſonam illinc ſuam avellere, aut vires diſtrahere non poteſt: atque utinam pluribus in locis ſimul eſſe ipſe præſens poſſet; ſperarem non liberum ubique hoſtibus exteris aditum futurum; ſed unum

ſolum

ſolum corpus ipſe homo geſtat, nec adeſſe ipſe omnibus, nec providere copiis ſuis ubique poteſt. Ab amicis ſperat, expectatque vires roburque, quo munire opportuna loca, & hoſti vndevis ingredienti occurrere poſſit. Et inter hos amicos plurimum ab Illuſtriſsima Celſitudine Veſtra ſperat, expectatque. Ego rebus hic tranſactis Francofurtum me conferam. Peto ab Illuſtriſsima Celſitudine Veſtra ſubmiſsè, ut quid mihi iſtic impoſterum agendum, quid de Palavicini tractatione in Saxonia ſperandum ſit benigne ſignificare dignetur. Conſilium Celſitudinis Veſtræ, ut fidele prudensque ſequar, & quantum in me eſt, exequar. Vale Illuſtriſsime Princeps, Illuſtriſsimam Celſitudinem Veſtram DEVS Opt. Max. nobis Reique pub. Chriſtianæ quam diutiſsime ſervet incolumem. Noriberga 24. Iunij, 1590.

NICOLAO BENINGER DURLACUM.

CLariſsime & Ampliſsime Domine. Tuas ſcriptas 19. Martij, miſit ad me Ampliſsimus Dominus Doct. Reubeus. Eas vero accepi Francofurti ante paucos

cos dies, & ago Illuſtriſsimo Principi ſummas gratias, quod de Itali illius tranſitu, admonitum me voluit: & ita illum libere abiiſſe ſane doleo. Sed neque mihi his locis ea auctoritas, ut ea excipere eum facile potuiſſem, & certe non minus intereſt veſtra, conſilia illorum agnoſcere, quos æque coniuratos in vos habetis atque in nos eſſe palam eſt. Magnum omnino ex disjunctione noſtra damnum Reſp. capiet; cui mederi ego impar: Et quæ eſſet ſententia Regis Chriſtianiſſimi, expoſui ſæpiſſime. Ego functus officio meo, DEO commendo reliqua; & oro, ut Illuſtriſsimum Principem tuum, & te una ſervare, atque ſalutaribus Conſiliis regere velit. Mihi hinc Argentoratum iter eſt. Vale. Linckenhemii 13. Martij 1597. St. N.

DN. LINGELSHEMIO.

CLariſsime & Ampliſsime Domine. Spem mihi fecit Ampliſsimus Præſes noſter brevi te Argentinam venturum. Et nolim certe excedere Germaniá te inviſo, cui tot ſum nominibus devinctus, quot exſolvere meum non eſt, ſed nec hac iter facere volui te inſalutato, & ſi præter ſalutem, quod dicerem tibi nihil eſſet. De publi-

ublicis vellem colloqui tecum poſſem, ſed
d forte Argentinæ, eo utique malo loco.
Rex ad Ambianum eſt, ſane diligenter, &
ertant affectus omnium, Nobilium, Igno-
ilium: Itaque nondum nobis iſtic ſpes
mnis decolauit. Sed Atrebatum fruſtra
entauimus: attamen ſine damno noſtro, &
um hoſtium nonnullo, cum viderent enim
oſtri poſt occupatam portam adeſſe ma-
no numero Cives, & nimis dubium fore
ertamen, receperunt ſe direpto & exuſto
pulento, ut aiunt, ſuburbio. Sed hæc ad
ummam rei ſane nihil. Mihi, à DEO,
mnis in diligentia Regis, quam inſignis
æc excitavit iactura, repoſita ſpes eſt. De
eſtris agam tecum coram, ſi datur, quod
pero, & opto, ſin minus agam tamen per
itteras. Vale Heidelberga 12, Aprilis 1597.

LINGELSHE-MIO.

Ampliſſime & Clariſſime Domine. Quod libere ad me, qui tuus eſt inos, quid ſperandum eſſet, Illuſtriſſimo
Bullonio à Principibus veſtris, eſt quod ma-
nas tibi habeam gratias, & firmas tu opi-
ionem meam quam vero illi non dicam

B iniu.

cos dies, & ago Illuſtriſsimo Principi ſummas gratias, quod de Itali illius tranſitu, admonitum me voluit: & ita illum libere abiiſſe ſane doleo. Sed neque mihi his locis ea auctoritas, ut ea excipere eum facile potuiſſem, & certe non minus intereſt veſtra, conſilia illorum agnoſcere, quos æque coniuratos in vos habetis atque in nos eſſe palam eſt. Magnum omnino ex disjunctione noſtra damnum Reſp. capiet; cui mederi ego impar: Et quæ eſſet ſententia Regis Chriſtianiſſimi, expoſui ſæpiſſime. Ego functus officio meo, DEO commendo reliqua; & oro, ut Illuſtriſsimum Principem tuum, & te una ſervare, atque ſalutaribus Conſiliis regere velit. Mihi hinc Argentoratum iter eſt. Vale. Linckenhemii 13. Martij 1597. St. N.

DN. LINGELSHEMIO.

CLariſsime & Ampliſsime Domine. Spem mihi fecit Ampliſsimus Præſes noſter brevi te Argentinam venturum. Et nolim certe excedere Germaniá te inviſo, cui tot ſum nominibus devinctus, quot exſolvere meum non eſt, ſed nec hac iter facere volui te inſalutato, & ſi præter ſalutem, quod dicerem tibi nihil eſſet. De publi-

ublicis vellem colloqui tecum poſſem, ſed
d forte Argentinæ, eo utique malo loco.
.ex|ad Ambianum eſt, ſane diligenter, &
ertant affectus omnium, Nobilium, Igno-
ilium: Itaque nondum nobis iſtic ſpes
mnis decolauit. Sed Atrebatum fruſtra
entauimus: attamen ſine damno noſtro, &
um hoſtium nonnullo, cum viderent enim
oſtri poſt occupatam portam adeſſe ma-
no numero Cives, & nimis dubium fore
ertamen, receperunt ſe direpto & exuſto
pulento, ut aiunt, ſuburbio. Sed hæc ad
ummam rei ſane nihil. Mihi, à DEO,
mnis in diligentia Regis, quam inſignis
æc excitavit iactura, repoſita ſpes eſt. De
eſtris agam tecum coram, ſi datur, quod
pero, & opto, ſin minus agam tamen per
tteras. Vale Heidelberga 12, Aprilis 1597.

LINGELSHE-MIO.

AMpliſſime & Clariſſime Domine. Quod libere ad me, qui tuus eſt mos, quid ſperandum eſſet, Illuſtriſſimo ullonio à Principibus veſtris, eſt quod ma- nas tibi habeam gratias, & firmas tu opi- ionem meam quam vero illi non dicam

B iniu-

iniuſte, ſed imprudenter faciant, tu ipſe Vir prudentiſſime judica. De Fera, ſpero deditam iri, intra paucos dies, niſi intra pauciores firmiore auxilio liberetur: Et conueniſſe de deditione aiunt, ſi intra Natalem non advenirent auxilia. Mœnius cum Rege fuit, & Majeſtatem Eius Sueſſonem induxit: in Britannia recruduit cum Mercurio bellum, cui ex vulnere periit S. Laurentius Præfectus Dinani, magni inter militares illius Provinciæ nominis: Coneſtabilis Montmorantius in Caſtris eſt. Et Condæum Lutetiam, aut in propinquam arcem, quæ Sylva Vincennarũ noſtris dicitur, adveniſſe ex eo coniicio, quod ſcribit Ancelius Aureliano, Eum tranſiturum fuiſſe XXIII. Novembris cum Matre, & Marchione Piſano, qui ei Præfectus additus. Aggerem Rex ad fluuiolum, qui Feram præterlabitur inſtituit, quo aiunt ita exundaſſe illum, ut conſiſtere in urbe vix quiſquam poſſit. Quæ de Prouincia ſcribunt, idem ille noſter Ancelius, adiunxi verbis ipſius. Vale Clariſſime Domine, & amicis niſi moleſtum eſt, ſalutem. Argentina, XXI. Decembris, 1595. St. Novo.

CA-

ASPARI PEUCERO, PRINCIPUM ANHALTINORUM ARCHIATRO ET CONSILIARIO.

Lariſſime & Præſtantiſſime Domine, S. Litteras tuas ſcriptas 20. Septembris accepi penultimo. Tu itaque ydelberga diſceſſeras. Et illæ Baſileâ, cio qua tempeſtate, eo delatæ ad me mittantur. De veſtris rebus recte judicas, nor; ego certe inter vos nihil reperio ſilii; & diſtracti ſunt animi veſtrum nium: nihil cohæret, artibus id fit eo- n ipſorum, qui res veſtras pœne perdide- it: Sed noſtra nondum eo loco ſunt, quo as. Ferimus, quod medicorum plerique, tef nos illos dolores mitigavimus, cau- n, radicemque morbi nondum ſuſtuli- is, nec ſpes niſi in DEO eſt; qui utinam tiſſime adhuc nobis Regem ſalvum ſer- : Ego etenim ita judico ab eius vita pen- re vitam regni noſtri. Si ei vita concedi- , donec aut liberos ipſe habeat, aut Con- us legitimam ætatem attigerit, ſpero poſ- n certum ſtatum res reduci noſtras, niſi s hæc Iberica tempeſtas everterit: nam ſi poſterum deſtituti ab omnibus, quomo-

do pares eſſe ſoli poſſimus non video. Non poſſum, Vir Clariſſime, quin efferam hoc apud te, qui juvare nos pro Rep. & libertate communi pugnantes debuerant, corpore opibusque ſuis, ij non modo non pugnant, ſed pœne oppugnare videntur; ita geſtiunt, ſi quando levis aliqua maledicendi occaſio offertur, deſides ipſi, & inutiles, alieni certaminis ſpectatores, cavillantur, & differunt promiſcue omnia. Sed non poſſum hoc ſine ſtomacho argumentum attingere, itaque mitto, & venio ad alia. Deditam Hiſpanis civitatem Cameracenſem, ad te dolens ſcribo: Factum id proditione civium & Helvetiorum, quos cives corruperant. Arx ſalva eſt, utinam Regis expectare adventum poſſit, quo abſente, jam dudum experimur, nihil nobis feliciter cedere, quantumvis innocentem eum calumniari veſtri homines nocentiſſimi non deſinant. Fateor, perculit me gravius, quam decebat, amiſſa illa Civitas, Civitas aliena, & quæ Reip. erat quam nobis privatim opportunior; ſed video feneſtram apertam calumnijs otioſorum hominum. De reliquo Rei noſtræ ſtatu, ſcribam ad te plene, ut primum rediero Argentoratum, quo me revocat illa qualiſcumque inita inter partes tranſactio, quæ tamdiu firma erit, quamdiu nobis res erunt proſperæ,

& vi-

di ipſe, quantum in negotij huius tranſ-
one, difficiliores facti fuerint Lotharin-
, rebus noſtris in Picardia parum felici-
edentibus. Sed nihil æque defuit, ac
i eis Principum veſtrorum conſilia, pa-
virilia, de quibus, eorumque auctori-
(nam noti ij nobis, noti & ſummo illi,
ignotum nihil) malim coram tecum,
m per litteras, qui niſi aliam ingrediun-
viam, & famam ſuam jam affectam con-
ent, & dabunt in periculum Remp. ſed
DEVM non latent. Tu verò, Vir Cla-
ime amorem mihi tuum ſerva, & Vale
n lectiſſima conjuge, & dulciſſimis nepti-
. Francofurto, Raptim 17. Octobris,
95.

J. GUIL. STUCKIO.

CLariſſime, & Doctiſſime Domine.
Omnino ſperabam venturum te Fran-
cofurtum his nundinis; & illa me ſpes
reabat non leviter. DIV enim eſt, quod
virum ſumma eruditione, prudentia
tate, videre atque amplecti cupio. Sed
od oculis non datur, id neque porro ne-
bitur animis, quibus cæptam amicitiam
colere licet. De negotio piæ memoriæ
B 3 fra-

fratris tui cognovi de litteris tuis, & VVolfij atque Vœgelini ſermonibus, quid velles, & VVolfio quidem, quid ſentirem, aperui. Facilior res eſſet, ſi qui tunc militarunt Regi, conjunctis votis ſtipendia ſua peterent. Sed non puto quemquam eorum hactenus tam infelicis operæ præmium petere auſum eſſe: & ſi peteret, certe fruſtra futurum puto. Fratris tui, quia Helvetius, alia forte erit ratio; Sed ejus non arbitror, ullam tibi faciendam mentionem, niſi præſentibus in Aula, & ipſo Regis conſilio ijs, quorum amicitiam certam habes: itaque Domini Sillerij expectandum reditum cenſeo. Tum de ejus & Domini de Vicq, qui hodie legatus eſt, apud nos Regius, conſilio rem exponendam. Ambaſſadoris titulum, quem mihi tribuis non agnoſco, legatorum nos habemus varios gradus, & ſuis nominibus notamus: quod nec latini faciunt, nec Germani. Veterem Gallicanam Synodum, quam curavi hic excudi, ad te mitto. Et DEVM oro, ut à nobis abeuntem Veritatem ſiſtere velit, & imminentes tenebras propellere. Is & te, tuosque ſervet. Francofurto Kalend. Octobris 1600.

G. M.

M. LINGELSHEMIO.

AMpliſſime & Clariſſime Domine. Quantum tibi debeam, quod & ſalutaribus alloquiis lenire dolorem
im tentaſti, & penultimis tuis, & his
mis rerum noſtrarum ſtatum explicas,
licare ipſe ſatis non poſſum, malim
bare. Et dolor quidem ille juſtiſſi-
s, me volente ipſo tempore vires ac-
rit, & valetudinem jam tentat. Publi-
velim, & apud vos, & apud nos eſſe
liore loco. Conventus Rothomagen-
ſolutus eſt. Reformatis noſtris levi-
ſatisfactum, ij ex eo Vindocini con-
nerunt. Sed Metenſibus conceſſum
ra mœnia, in templo olim ab ipſis
ificato, vacare publicè religioſis Exer-
iis; quod jam factum, diſſentiente fratre
æfecti abſentis. Sabaudus iterum per
baudum Præſidem pacem urget. Merco-
is cum jam utrinque denuntiatum eſſet
llum, prorogari ad trimeſtre inducias pe-
t, & obtinuit, certa ut aiunt ſpe conficien-
e pacis. In hac vicinia noſtra aiunt de
iptiis conveniſſe, inter Vaudemontium &

Digitized by Google

Salmenſem unicam: ſuſpecta nonnullis bonis affinitas. Frater eius Marchio Regiam Sororem dicitur ambire. Vale & me ama ſtudioſiſſimum tui. Litteras quæſo adjunctas cura reddi Meliſſo; Is mihi iam pro Epithalamio, Epitaphium debet, mihi inquam, nam ego vix inter vivos. Salutem iſthic amicis, addo & Socero tuo, & Hutteno, ſi quid ad eos dederis litterarum. Argentorato 23. Febru. 1597.

COMITI ERNESTO MANSFELDIO.

ILluſtris & Generoſe Domine, Non poſſum non ferre graviter, quod diſcedere hinc cogor, non viſa Illuſtri Generoſitate tua, Multa erant & publica, & privata, de quibus agere cum ea cupiebam; ſed vocatus in Aulā, quamvis laborantibus adhuc ex morbo viribus differendum non putaui: Si quid vero ſit, quod mihi injungere Illuſtris Generoſitas tua velit, habebit me merito ſuo ad omnia mandata promtiſſimum. Nuptiæ Regiæ ſororis ad diem 15. Nov. dictæ ſunt, celebrandæ in arce Fontisbellaquæi cum Lotharingiæ Principe; ſed eius Sororem Principis, Iuliacenſi deſponſatam hic Nanceio

certò perſcriptum eſt. Conquererer
de eorum, quos publicis rebus præeſſe
VS voluit, ſumma & ſupina negligentia,
uid id profuturum Reip. putarem: ſed
urgemur, id ſequendum etiam invitis.
od unum poſſum, hoc præſto; ut arden-
is votis petam à DEO, ne ira ſua preme-
erentes velit: ſed periculis, quæ & ſtul-
a & improbitate acceſſivimus, benignus
ere nos velit. Cùm nos dico, quos in-
igam, intelligit ipſa Generoſitas tua, de:
us prudentia, quòd ſalubria haurire mo-
a non datur, hoc vero fero ægerrimè. Eun-
n DEVM OPT. MAX. oro, ut Illuſtrem
neroſitatem tuam ſervare incolumem
tiſſime velit. Argentinæ 27. Octobr.
98.

. M. LINGELSHE-
MIO.

AMpliſſime &c. Reſponſum quidem
quod tuæ indicant datæ 26. Febr. ac-
cepi ab Illuſtriſſimo Electore, ſine Re-
onſo. Significabat eius Celſitudo ſcripſiſ-
ad alios Principes ſuper poſtulatis noſtris,
rum ſe expectare ſententiam. Cæterùm
ratus Regi Chriſtianiſſimo ad omnia

Fuit hoc litterarum argumentum, ſpero plenius aliquid & certius, ſaltem litteras ad Regem ab eius Celſitudine me accepturum per Tabellarium, qui tibi penultimas meas reddidit, quem expecto intra triduum aut quatriduum. De rebus noſtris quæ habeo, poſtquam legeris, peto ut adjungas litteris, quas do ad Hochfelderum & Colbium; in iis exemplum litterarum leges à Myronio ad me. Miſſus is à Rege Sedanum, ut adjunctus Illuſtriſſimo Bullionio, cœptam cum Lotharingo de Pace tractationem conficeret, & ea quæ Sarburgi ſuper hoc Epiſcopatu & Civitate tranſacta ſunt, curaret obſervari. Miſi ego confeſtim ad eum querelas, & Capituli & Civitatis. Sabaudo difficilius fore pacis negotium, poſt Maſſiliam deditam, & Eſpernonium reconciliatum arbitror. Sillerius tamen Cameriacum adventare dicitur: & difficultas hactenus omnis in Genevenſis Civitatis protectione erat, quam deſeri à Rege Sabaudus petebat. De libris, ſi qui mihi forte apud Sylburgium fuerint; quod operam tuam amice offers, & liberaliter, facis pro more; & iam non invitatus ſcripſi de ijs ad te: ſed invitabant me ſatis vetera tua in me merita, ob quæ æternum tibi addictus ſum. Domino Hungerford, & Ger-

Gernando, niſi moleſtum eſt, ſalutem
me. Argentina 17. Martij 1596.

C. PEUCERO.

REverendiſsime & Clariſſime Domine,
Grave mihi eſt ſilentium tuum accuſa-
re, & tu meum potes, ſed diſcurrenti
on ſe dant occaſiones: Attamen ſi ſignifi-
veris, ad quem mitteres Lipſiam literas
beam, diligentiorem me tibi præſtabo,
uid vero ſcribam, in tanta rerum pertur-
itione? Apud nos Regis beneficio, DEI
ro ſumma gratia, pace fruimur. Sed ve-
or, ut nullam, non reddant, ambitioſa
orundam ingenia, quibus nihil unquam
t ſatis. Iam quid tu, cum intelliges redi-
m etiam Ieſuitas tentare? & liberum le-
tis eorum aditum Pontificios à Rege im-
traſſe? Scientes volentes, in perniciem
imus. Nihil tamen affirmo, & ſperare vel,
m meliora. Sed nec apud vos ſani quid-
iam video. Bellum neceſſarium quidem
ſceptum video, ſed ita ſuſceptum, ut omit-
ſatius fuerit. Neque enim nunc deponi
sque certo exitio poteſt. Iſta tu, me me-
us & certius cernis. Per Lipſenſes ad te
ribam, pluribus. Hæc volui dare, diſcedenti

Digitized by Google

optimo D. Petzelio, ne abſque mea ad te ſalute abiret. D. Geriſio ſalutem dico, & DEV Moro, ut te & lectiſſimam familiam ſervet. Francofurto 29. Septembr. 1599.

TYCHONI BRAHE.

Nobiliſsime & Clariſsime Domine. Vix inter varias occupationes, hoc momentum ſurripio, quod liceat tribus verbis tibi ſalutem dicere, & has theſes in faſciculum coniicere, quas ſpero fore ad guſtum tuum. Ego certe & auctori auctor fui edendi, & typographo excudendi. Epiſtolarum tuarum volumen primum percurri, & ad hunc Elyſæum exemplum ſtatim miſi; Is te & colit, & admiratur. Sed tu Præſtantiſsime Domine Vale: & ſi ego tibi memoria excidi, velle tibi aurem, & ſuccurrent anno 1584. hoſpites tibi Guilelmus Curcellius, & ego, qui tui ſtudioſiſsimus, Francofurto 30. Martij 1597.

PETRO SEVERINO.

Excellentiſsime & Clariſsime Domine. Scelus ſit, ſi hanc abire occaſionem ſiverim te inſalutato: cum maxime ſe:

theſes

ſes hæ offerant, quas ad te omnino mit-
das judicavi, ſunt enim ut mihi quidem
etur, eiusmodi, ut ad genium illum
m accedant: profectæ à Viro ſane bono,
tudiis naturæ ſine ambitione dedito. Hoc
um volui, nec licet plura per multiplices
upationes: niſi quod ſalutem addo. Vale
riſſime Domine. Francofurto 30. Mar-
1597.

AULO CUPREO, CONSILIARIO SLESWICENSI.

MEmini, Ampliſſime & Clariſſime Domine, cum Legatus à Rege Chriſtianiſſimo apud vos eſſem, deſidere te valde commentarios, quos conſcri-
os in conſuetudines Brunsvvicenſes de-
oſueras apud Fornerium ICtum Aurelian:
ſpondere me, ſedulò de iis quæſiturum,
quando videre Fornerium contigeret: Id
trò factum à me, & ex animi tui ſententia
onfectum. Commentarium itaque tuum
ccepi à Fornerij filio, & ipſo ICto, viro ſa-
è humaniſſimo. Eum tu recipies, cum
olueris: id eſt, cum ſignificaveris cui com-
mittere debeam: ſignificare autem poteris,

litteris tuis, quas mittes aut Stadam ad Ioh. Calandrinum, aut huc ad VVechelianos: Librum ipſum reliqui Argentinæ loco certo: Inde curabo adferri, poſtquam litteras à te videro. Vir Ampliſs. Vale, & tuos Collegas Viros Ampliſſimos ſaluta nomine meo. Kal. Octobr. 1595.

TYCHONI BRAHE, IN ARCEM CÆSAREAM.

NObiliſſime & Ampliſſime Domine, Tres iam ſeptimanæ abierunt ex quo redditæ mihi ſunt illæ, quas ad me dediſti 9. Martii. Sed neque eas accepi, quas memoras datas ſub finem ſuperioris anni, neque Franciſcum Teugnalium vidi, quem à te tanto viro commendatum, omnibus fuiſſem officiis proſecutus. Non grauaberis itaque repetere, & quæ illis litteris erant explicata, & quæ huius fidei commiſeras. Me certé, magno tuo merito, habebis ad omnia ſemper paratiſſimum. Nec addo plura, mandata tua expecto cupide. Tuas vero tute poteris committere bibliopolæ, qui Claudii Marnii VVecheliani officinæ præeſt Pragæ. Francofurto 1. Maij. 1599.

P. Pi-

P. PITHOEO. S.

BIbliotheca tua P. Pithoëe fons eſt do-
ctrinæ purus & perennis: ita auctores
ex ea perbonos probosque cottidie
ɪrimus, nec exhaurimus. Et tibi quidem
meritiſſimo contigit, qui veluti publi-
n habes communemque Doctorum o-
ɪium. Dediſti ex ea patriæ Reique publ.
per ſcriptores veteres, qui Karoli M. &
s familiæ Francorum Regum memoriam
eris prodiderunt. Damus ex ea ipſa be-
ficio tuo, auctores qui familiæ huius hi-
riam conſcripſerunt quæ tertia Franco-
n regnum tenuit olim feliciter; tenet
die, quantum poteſt, fortiter. Tertia hæc,
ɪncorum Regnum familia poſſidet, Iure,
uod Ius inquam Regnis: & poſſidet an-
s ſupra ſexcentos, quod vix ulli datum
niliæ. Quæſitum virtute, Lenitate reti-
it. Lenitate vera illa & nativa, quâ pro-
extinctum Imperium Princeps noſter
citat, ſeriò dico & ex animi mei ſententia.
d perge tu, Vir magne, de litteris ſimul &
patria bene mereri: in quas conjurato
petu ruentes Barbaros, plerique no-
ım aut adjuvant ſcelerate, aut ſpectant
rpiter. Iam duo hæc, quæ à te legimus
hiſto-

Hiſtoriæ Francorum volumina, tertium appellant, ad quod hiſce duobus videtur obligata fides tua. Karolinam & hanc ſtirpem explicuiſti nobis: illa reſtat vetus Francici in Gallia nominis Regnique auctor. Scio eſſe quibus parùm ſapiat ſcriptio hæc, rudis & ſtylo barbara, & illius omnino ſæculi. Nimis illi delicati, qui omnia ad Ciceronis atque Auguſti ævum exigant, nec niſi Salluſtios ferant, & Cæſares, & Livios. Sed verè tu olim; Hiſtoriam omnium ætatum auctores, non ſolum ferre, ſed etiam deſiderare. Verè & inter antiquos neſcio qui, Hiſtoriam quomodocumque ſcriptam delectare; addo & prodeſſe, quod caput hiſtoriæ. Igitur de illorum judiciis parum ſolliciti, & hæc à te præclara monumenta, grati lubentesque complectimur, & illa expectamus. Vale.

SENATORIBUS REGNI DANIÆ.

NOn poſſum, Illuſtres & Generoſi Domini, abſque ſummo dolore, memoriam Nobilis & Magnifici Domini Dancæi, dum vixit, fideliſſimi & prudentiſſimi Legati Regij revocare. Nec omittere tamen

nē poſſum,quin à Generoſitatibus veſtris am, ut chartas quibus litteræ ab ipſo da- aut acceptæ, & alia legationis eius mo- menta continentur, ſtudioſé aſſervari ent: ne quis eas aut inſpiciat,aut avertat, nec de iis Rex Chriſtianiſſimus ſtatuerit. nt enim jam Iuris Regij factæ: nec priva- cuiquam quicquam in eas juris eſt. Fa- nt hac in re Illuſtres Generoſitates Veſtræ gi Chriſtianiſſimo rem gratam. Atque ., Illuſtribus Generoſitatibus veſtris res ſtras etiam atque etiam commendo: & nmum DEVM oro, ut conſilia veſtra re- e, vosque diu ſervare propitius velit. ſniâ veſtra. 1. Decembr. 1589.

HRISTIANO DI- STELMEYERO, CONSI- LIARIO BRANDE- BVRGICO INTIMO.

Lariſſime Domine, Quod litteras à Sereniſſimo Rege Navarræ Illuſtriſſi- mus Princeps veſter tardius accipit, in ſa eſt, primū Majeſtatis eius graviſſim⁹ & iculoſiſſim⁹ morbus quo ſub finē Ianuar. laboravit, ut de eius ſalute unà omnium ſtrum in uno DEO ſpes eſſet. Inde, ego ab

ab eius Majeſtate ablegatus, in itinere ita male habui, ut mihi nec dum bene ſit. Quicquid id eſt morbi, quod me vexat, malignum neſcio quid habet, & pertinax: Ipſi illi, qui medicinam profitentur, quid ſit, non ſatis perſpiciunt. Ego rem totam DEO commendo. Ex quo autem à Sereniſſimo Rege Navarræ diſceſſi, mutata eſt, Galliæ veluti facies. Erat tamen tum is rerum ſtatus, ut quæ poſtmodum evenerunt, facile ſereniſſimus Rex proſpiceret: & pendent omnino iſta ab illo Blœſenſi divino facinore. Itaque mittendum me Majeſtas eius in Germaniam putavit, ut certiores vos redderem, mutato Galliæ ſtatu, non mutatum eſſe animum ſuum; nec mutatum iri, ullo vento, ſive is adverſus, ſive ſecundus ſpiraſſet. Voviſſe ſe ipſum DEO, & Eccleſiæ commodis: in ea devotione permanſurum, quicquid tandem eveniſſet. Hoc ut Illuſtriſſimo Principi Electori Excellentia veſtra confirmet, valde peto. Sed ſingula in Gallia hodie ut ſe habeant, ea ad vos certò perſcribere non poſſum. Rumores varij ſunt, & incerti: eos à me vos non expectatis; & perferuntur ad vos aliunde. Commendo me Excellentiæ veſtræ, ab eaque ita amari cupio, uti eam ego colo, obſervoque. Vale, Vir Clariſſime. Deſſavvia 29. Aprill. 1589.

G. M.

M. LINGELSHEMIO.

Mpliſſime, & Clariſſime Domine. In ipſo ſum procinctu, & laus DEO, qui mihi hanc gratiam conciliavit, um tamen & poſteris reſpondere, quibus Elector dignatus, & aliquid ad Pleſſen ſcribere, ſuper iis, quæ ipſe nuper Gueno. Hæc verò tibi permitto, tradas, aut primas. Vitium ego meum agnoſco: tenere me non poſſum. Tu retine, & derare impetum hunc: qui ſane nonniſi nimo ſtudioſo Reipublicæ. Sed iſta aut entina per litteras, aut coram, apud nos. m vos complecti, cupide cupio. Ego tuus garſius. Multam tibi ſalutem Caſauus. 1602.

Eidem.

Mpliſſime & Clariſſime Domine, Paucis te alloquar: vulgata cognoſces de litteris quas tabellarius hic etia defert ad vos: fortaſſe & his meis etiora. Malo in hanc ſperare. Nuptiis haringicis dies dicta XV. Novemb. Viipſe Lotharingiæ Dux in Regiæ ſororis ædi-

ædibus Reformatorum ad publicas concio- nes concurſum, & admiratus eſt ſine animi ulla commotione. Conditiones in rem Regni ſunt, inſigni Regis providentia, de quibus alias. Regem Hiſpaniarum diem ſuum obiiſſe, in aula noſtra, pro certo eſt. Filium novum Regem, aiunt, donationem à Patre factam filiæ irritam habere. DEVS nos, ſi non concordia noſtra, ſaltem ho- ſtium diſcordia tutos præſtet. Regis ad Ec- cleſiaſticorum neſcio quas varias querelas reſponſum habetis à Veſtris Lutetiâ, rotun- dum & elegans. Certi aliquid nec pervul- gari abs te expecto, de Hungaricis, Danicis, aliiſque, quæ ad vos. Rurſus in aulam vo- cor; ſi quid imperare Illuſtriſſimus Princeps Elector, Eiusque coniux Illuſtriſſima, ſi quid tu, vultis, paratū me ad nutus veſtros, omnes habetis: Seriò dico, & ex animi certa ſenten- tia: Intra dies 12. ſi DEVS faxit, iter ag- grediar cum optimo Graviſſeto. Vale. Octob. 1598.

JOACHIMO CAME- RARIO.

Clariſſime Domine, amice colende, Monſtra tibi & ſpectra narro; Cor- nutus homo Lutetiæ oſtentatur, no- men

men ei Franciſcus Trovillu, oriundus ex pago Mareſchalli Laverdini, opificio Carbonarius, eoque vitam ducens in ſylvis. Cæpit ei ætatis anno VII. erumpere è ſumma fronte cornu fabæ in modum; nec exceſſit usque ad annum ætatis XX. auctum ex eo ad pollices ſeptem, reflexum incurvum; cætera etiam cornu arietinum referens: & cottidie creſcere cum dolore ipſe affirmat. Latuit hactenus, nunquam niſi operto capite procedens. Forte eò feras perſequens deductus cum aliis, Laverdinus inopinanti ſupervenit; hodie ſpectaculo eſt omnibus Regi ad venationem Fontebellaquum repetenti, poſt decimam nocte illum, audita venantis vox, & canum latratus, (addunt etiam nomine canes advocatos) teneri, adeoque comites Regij gnari, neminem in ea ſylva venari Rege inſcio licere. Rex vero in arcem verſus, ruſticos ſeniores aliosque incolas interrogare. Narrare ii, ſolitum intempesta nocte quandoque apparere Venatorem equitem canibus accinctum ſeptem aut octo, eum ſylvam percurrere venantis in morem, ſine cuiusquam læſione: Addunt quidam, interfectum olim, Franciſco I. Rege, eò loci Venatorem: eum eſſe qui appareat, & inquietam ſylvam reddat. Hoc factum 8. Septemb. volui tamen expli-

care

care tibi, & te in partem vocare, eorum quæ agitantur vulgi noſtri ſermonibus. A Rittershuſio nihil reſponſi me habere ſuper Servio miror: negare enim etiam licet: ſed ſi P. Danielem eo juvare animus eſt, peto abs te, ut huc ad Doctorem Lobbetium curetur quam primum. Caſaubonus in aula noſtra fuit à Rege exceptus, & Lutetiam invitatus, benigniſſime. Ipſe quo inclinet, non plane conſtat, ſcribit enim dubius. Valetudinem tuam &c. Lutetiæ 25. Octobr. 159 8.

CASPARI SCHOPPIO.

S. D. Auguſtâ hæc ad te ſcribo, Schoppi Clariſsime, & quidem aliena manu, cum ſim æger oculis à pulvere, iactationeque itineris. Suſceperam hoc animi vel potius valetudinis confirmandæ cauſa: Verum ut video, pene aliter vertit. Etſi enim cætera mediocriter valeo, conſpectu alloquioque magnorum amicorum, addo, etiam honore publico hujus Reip. vere Auguſtæ perfruens: tamen de fructu, ſuavitateque huius itineris, non parum deterit illa, quam dixi, oculorum moleſtia. Ignoſces igitur, brevitati quam aliâs reſarciam abunde.

de. Interim tamen, non ante putavi hinc mihi diſcedendum, quam vel pauca, atque incondita ad te ſcripſiſſem, imo dictaſſem, & apud Ampl. M. Velſerum noſtrum depoſuiſſem ad te curanda ſaltem, ut intelligeres, quæ ad communem amicum noſtrum primo, deinde & ad me dediſti ex urbe, recte nobis reddita eſſe. Et ille quidem pro ſe fortaſſe quæ volet, & res poſtulabit ipſe reſpondebit. Ad me quod attinet mallem coram ad ea capita reſpondere, quibus me in tuas partes pertrahere conatus fuiſti, quam litteris tecum contendere. Nam neque epiſtolica hæc eſſe videntur, & vero ut eſſent, volumen non epiſtolam requirerent: denique actum agere, poſſem judicari, ſi ea revoluerem, ac explicarem, quæ jam toties ab alijs ſunt agitata. Hoc tibi vere ac breviter habeo dicere: Nondum mihi videri abs te allata, quæ tanti ſunt momenti: ut me à priore ſententia dimovere, aut labefactare poſsint aut debeant. Ea fuit, & eſt conſentiens dicto Principis Apoſtolorum, quod ille in converſione Cornelij protulit. *In omni gente, quisquis DEVM timet, & juſtitiam colit, hunc ipſi acceptum eſſe*: conſentiens item alterius Gentium Doctoris verbo: *Novit Dominus, qui ſint ſui*. Neque ego vel antiquitate, vel continua ſucceſſione cer-

ne certæ ſedis, vel Syncretiſmo & conſpiratione eorum, qui eruditione, ſapientia, auctoritate, dignitate, & ſanctitatis opinionem plurimum apud mortales pollent, veram DEI Eccleſiam metiri didici; cùm & Salvator noſter puſillum gregem vocet Eccleſiam, idemque dixerit, latam eſſe viam, quæ ad perniciem ducat, plurimosque eam ingredientes. Quid DEVS apud Prophetam? *Reliqui mihi populum pauperem, ſperantem in nomine meo.* Quid S. Paulus? *Non multi ſapientes &c. ſed quæ mundo, deſpecta ſunt, elegit DEVS.* Quid Salvator? *an non Regnum cælorum puerili ſimplicitati repromittit? Annon patri ſuo gratias agit, quod parvulis myſteria ſua, ſapientibus occulta revelarit?* Non tamen ego, dum in quibusdam rebus à veſtratium dogmatis me diſſentire profiteor, vel omnes à me diſſentientes condemnare, (id quod plerique factitant) vel omnia eorum, qui à vobis ſeceſſionem fecerunt, dicta factave probare volo, aut debeo, vel novam ſectam inſtituendam aio, cui me aggregem: Quin potius ita ſum affectus, ut cum Romanis velim & vivere, & mori, dummodo vel mutent ſententiam de hiſce capitibus, quæ ego ex animi mei ſententia nondum amplecti poſſum. Primo, de Iuſtificatione, quam

auto-

autore D. Paulo, non operum meritis, & noſtræ ſatisfactioni, ſed fidei veræ, & per opera efficaci. (alioquin enim non tam fides ea fuerit, quam inanis profana & fallax perſuaſio) Chriſto meo, eiusque unico, & pro totius mundi peccatis ſufficienti merito, atque interceſſioni, non cuiusquam hominis ſatisfactioni, aut deprecationi, Chriſti ſacrificio unico ſemel in ara crucis oblato, non Miſſarum toties iteratarum immolationibus & oblationibus tribuere didici. II. de operibus bonis, quæ ego exiſtimo, DEI verbo, non hominum arbitratu, & (ut Græci vocant) ἐθελοθρησκείαις definienda eſſe, ne audiamus illud, *fruſtra me colunt decretis & inſtitutis hominum*, neve illud in nos competat, vos traditionibus veſtris legem DEI vacuefeciſtis, &c. III. De invocatione; quem ego cultum, nulli Sancto, nulli Angelo, ſed uni & unico DEO, & Mediatori, ac ſequeſtro DEI & hominum IESV CHRISTO defero. præterea autem memini, absque diminutione & læſione Divinæ Majeſtatis, adeoque Idololatria manifeſta & πολυθεΐα, meo animo præſtari poſſe arbitror: Nam quem quis invocat (ſive per λατρείαν, ſive per δουλείαν, id fiat nihil refert) cum facit hoc ipſo καρδιογνώστην, hoc eſt cordium cognitorem: quod ſolius eſt

C DEI,

DEI, quem unicum agnoſcimus IV. De Sacramento cænæ Dominicæ, quam ego absque grandi ſacrilegio mutilari non poſſe ſentio: ſentiunt mecum D. Paulus, Irenæus, Tertullianus, Iuſtinus martyr, & breviter tota vetus Eccleſia, etiam Papa Gelaſius: ut demirer, eos qui aliàs ſemper de antiquitate gloriantur, hîc ſui parum memores, recentiora antiquioribus anteferre. V. Sicut etiam alii abuſus huius ſacramenti & transſubſtantiationis neſcio cuius dogma, primitivæ Eccleſiæ ignotum fuit, cui equidem potius aſſentior, eiusque ſequor ſimplicitatem, quam acutas & ſpinoſas Scholaſticorum hac de re diſputationes, quas ſæpe eſt cum Paulino verbo βεβήλους κενοφωνίας poſſis appellare. VI. Quod autem multo maximè alienum me reddit à veſtro cœtu, illud eſt, quod tantam exerceri ab eo crudelitatem conſtat, in eos omnes, qui de cœleſti veritate in articulis controverſis inveſtiganda, deque ſua ſalute ſoliciti à Romanis diſſentiunt: dum hoſce ferro, fune, flamma, flumine, fulmine anathematis, exilio, publicatione bonorum, & cæteris, quæcunque excogitari poſſunt, tormentis ac ſuppliciis perſequuntur, & perdunt. Ego didici, veram Eccleſiam potius perſecutionibus fuiſſe ſubiectam, quam aliis diſſentientibus vim

ullam

ullam intuliſſe, nec vi externa, ſed virtute verbi cœleſtis homines ad CHRISTVM, & veritatis agnitionem perduxiſſe. Hanc priſcam & Divinam ſimplicitatem, probitatemque ubi videro à Romanis veſtris in uſum & mores reſumi, alia vero, hiſce & contraria reiici, tunc demum inter Romanos ipſe quoque nomen meum profitebor. Interea dum hoc faciam eorum quæ ſupra commemorata ſunt, cum dogmatum à veritate alienorum, tum factorum à Chriſtiana pietate, ſimplicitateque abhorrentium. Neque me dum ita ſum, extra Eccleſiam eſſe puto, extra quam nullam eſſe ſperandam ſalutem ſcio. Imò vero piis precibus DEO meo ſalutem meam commendabo, cognoſcenti ſuos ubicumque terrarum degant, quocunque nomine aut Iure ab hominibus cenſeantur. An tu extra Eccleſiam eſſe dices, qui capiti Eccleſiæ CHRISTO vera fiducia adhæreſcunt, nec ſe alio miniſteriali aut vicario capite ad ſalutem conſequendam indigere exiſtimant? Qui retinent fundamentum Prophetarum, & Apoſtolorum, præter quod aliud poni non poteſt? Qui commentis hominum Divina præcepta ſibi exiſtimant præferenda? Qui in Agno DEI illo potius ſpem & fiduciam collocant, quem digito monſtrabat Ioannes

DEI, quem unicum agnoſcimus IV. De Sacramento cænæ Dominicæ, quam ego abſque grandi ſacrilegio mutilari non poſſe ſentio: ſentiunt mecum D. Paulus, Irenæus, Tertullianus, Iuſtinus martyr, & breviter tota vetus Eccleſia, etiam Papa Gelaſius: ut demirer, eos qui aliàs ſemper de antiquitate gloriantur, hîc ſui parum memores, recentiora antiquioribus anteferre. V. Sicut etiam alii abuſus huius ſacramenti & transſubſtantiationis neſcio cuius dogma, primitivæ Eccleſiæ ignotum fuit, cui equidem potius aſſentior, eiusque ſequor ſimplicitatem, quam acutas & ſpinoſas Scholaſticorum hac de re diſputationes, quas ſæpe eſt cum Paulino verbo βεβήλους κενοφωνίας poſſis appellare. VI. Quod autem multo maximè alienum me reddit à veſtro cœtu, illud eſt, quod tantam exerceri ab eo crudelitatem conſtat, in eos omnes, qui de cœleſti veritate in articulis controverſis inveſtiganda, deque ſua ſalute ſoliciti à Romanis diſſentiunt: dum hoſce ferro, fune, flamma, flumine, fulmine anathematis, exilio, publicatione bonorum, & cæteris, quæcunque excogitari poſſunt, tormentis ac ſuppliciis perſequuntur, & perdunt. Ego didici, veram Eccleſiam potius perſecutionibus fuiſſe ſubiectam, quam aliis diſſentientibus vim

ullam

ullam intuliſſe, nec vi externa, ſed virtute verbi cœleſtis homines ad CHRISTVM, & veritatis agnitionem perduxiſſe. Hanc priſcam & Divinam ſimplicitatem, probitatemque ubi videro à Romanis veſtris in uſum & mores reſumi, alia vero, hiſce & contraria reiici, tunc demum inter Romanos ipſe quoque nomen meum profitebor. Interea dum hoc faciam eorum quæ ſupra commemorata ſunt, cum dogmatum à veritate alienorum, tum factorum à Chriſtiana pietate, ſimplicitateque abhorrentium. Neque me dum ita ſum, extra Eccleſiam eſſe puto, extra quam nullam eſſe ſperandam ſalutem ſcio. Imò vero piis precibus DEO meo ſalutem meam commendabo, cognoſcenti ſuos ubicumque terrarum degant, quocunque nomine aut Iure ab hominibus cenſeantur. An tu extra Eccleſiam eſſe dices, qui capiti Eccleſiæ CHRISTO vera fiducia adhæreſcunt, nec ſe alio miniſteriali aut vicario capite ad ſalutem conſequendam indigere exiſtimant? Qui retinent fundamentum Prophetarum, & Apoſtolorum, præter quod aliud poni non poteſt? Qui commentis hominum Divina præcepta ſibi exiſtimant præferenda? Qui in Agno DEI illo potius ſpem & fiduciam collocant, quem digito monſtrabat Ioannes

Baptiſta, quam in neſcio qua imaguncula Agni DEI, in cerula idololatrica conſecrati. & de collo amuleti inſtar ſuſpenſi? Qui cœleſtis dictata Magiſtri anteponunt incertis παραδόσεσιν, quæ ſæpe ad Apoſtolos auctores referuntur, cum conſtet longè poſteriores eſſe Apoſtolicis temporibus? Qui verbum DEI, in corruptum corde perfecto conſervare ſtudent, neque ei addere quicquam neque detrahere præſumunt? Qui Divinitus inſtituta & nobis tradita ſacramenta integra & incontaminata retinent, & quicquam quibus hic mutare aut mutilare Religio eſt? Qui denique Sacro Miniſterio, reverentiam, honorem, & obedientiam, quam debent præſtant? Sed iam prolixior fui, quam initio conſtitueram: neque mihi conſilium fuit, perſequi omnia, quibus explicandis libri aliquot neceſſarii eſſent; ac prævideo ſanè, quid mihi ad ea quæ attuli poſſis reponere: quorum illud eſt potiſſimum; eſſe illa antiqua, in Eccleſia univerſa perpetuo unanimi conſenſu recepta, patribus SS. probata: Hos errare non potuiſſe, cum habuerint Spiritum Sanctum, non poſſe DEVM habere patrem, qui non agnoſcat Eccleſiam pro matre. Hæc enim & eiusmodi plura perpetuo crepatis &c. De auctoritate Patrum illud primum dico, unicum mihi eſſe Magiſtrum,

giſtrum, qui prohibuit plures vocari Rabbi, de quo Pater cœlitus denunciavit, hunc audite. Deinde & Patres ipſos ſibi & alios aliis ſæpe opponi poſſe. De antiquitate velim cogites; omnibus eſſe antiquiorem CHRISTVM: de quo S. Ignatius in Epiſtolis, ἐμοὶ ἀρχεῖα ὁ Χριστὸς, quem nolle audire certa pernicies eſt. Cogites, annon eodem antiquitatis argumento, quaſi μορμολυκείῳ, & quidem longè ſpecioſius, adverſus CHRISTVM, eiusque diſcipulos orbis magiſtros uti potuerint & Iudæi, & Pagani. De univerſalis Eccleſiæ in rebus hodie controverſis, perpetuo conſenſu qui gloriatur, aut ἀνιστορησίᾳ peccare, aut quæ ſcit, neſcire videtur: Toties variatum, toties diſſenſum eſt. Eccleſiam autem eſſe ἀναμάρτητον, μέγα λίαν αἴτημα eſt. Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι Θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν, inquit Theognis. Etſi enim DEVS Spiritum ſuum perpetuò Eccleſiæ adfuturum promiſit, ducem ad omnem veritatem: tamen hoc eam vim habere non videtur, quaſi Eccleſia quicquid agat, privilegium huiusmodi habeat non errandi. Imò verò Spiritus Sanctus verbo alligatus eſt, ſic enim Propheta, *Spiritus meus, qui in te eſt, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent ab ore tuo,* &c. Et annon etiam Veteris Teſtamenti Eccleſia, quam Spiritu Sancto

omninò privare nemo auſit, erravit, degeneravit? Quod ſi novi fœderis Eccleſiam prorſus ἀναμάρτητον ponimus, ubi manet libertas arbitrii? Vbi tot admonitiones Apoſtolorum ad Eccleſiam, ne ſeduci, ſeſe patiatur? Quarum certé nullus eſt uſus in iis, quæ aliter ſe habere non poſſunt. Et annon ipſas illas celebratiſſimas quondam & ab Apoſtolis plantatas & fundatas Eccleſias miſerrime degeneraſſe conſtat? De matre Eccleſia quod dicitur concedo, ſi rectè intelligatur, ſed non ut à vobis. Sed ecce iterum imprudens delabor ad diſputationum contentionem, quam, poſthac nolim, à me expectes Recte etiam feceris, ſi alia ſcribendi argumenta uſurparis, de litteris, de Viris magnis, litterarũ in Italia antiſtitibus, quid meditentur, ac parent luci, & utilitati publicæ. Huiusmodi litteræ noſtram neceſſitudinem conſervabunt magis. In diverſis ſcribendi generibus, cuiusmodi nuper adeò uſurpare cepiſti, video nos nihil niſi operam & oleum perdituros, dum & tibi tuum, & mihi meum pulchrius ac melius. Bene Vale. Auguſtæ Vindelicorum, 30. Iulij Gregoriani. 1599.

Eidem.

Eidem.

VIr Clariſſime, Fateor non potui non affici, cum primum Romanam hanc te doctrinam amplexum cognovi. Reſcripſi nihilominus, & indicavi verbo, falsò ad vos perlatum de Caſaubono, ingenii & judicij ſolidioris, quam ut lectione Patrum abduci ſe à veritate pateretur: qua quidem lectione neſcio, an quicquam ſit, quod vos magis & prodat, & perdat, dum notare ex ea facile eſt, ut ſeſe errores in Eccleſiam inſinvaverint; quidve, & à quo, quoque tempore de verbo Divino demptum, mutatumve: Vnde illa, & quando nata nomina Blaſphemiæ, quibus plena dicitur mulier ſedens ſuper beſtiam coccineam. Addebam redditam mihi Epiſtolam, quam Servianis tuis cupiebás proponi tardius, & confecto pæne opere, nec mihi tunc accincto ad iter, inter innumera negotia vacaſſe, typographum convenire: Renuntiare autem amicitiæ, nunquam in mente fuit, quam ego cúm aliis colo, qui eandem, quam tu nuper ingreſſus in Religione viam, etſi mihi multis nominibus improbatam, olim tenent. Habeo in illo errore, propinquos, affines, amicos, quos ad veritatis ſuæ lucem,

omninò privare nemo auſit, erravit, degeneravit? Quod ſi novi fœderis Eccleſiam prorſus ἀναμάρτητον ponimus, ubi manet libertas arbitrii? Vbi tot admonitiones Apoſtolorum ad Eccleſiam, ne ſeduci, ſeſe patiatur? Quarum certé nullus eſt uſus in iis, quæ aliter ſe habere non poſſunt. Et annon ipſas illas celebratiſſimas quondam & ab Apoſtolis plantatas & fundatas Eccleſias miſerrime degeneraſſe conſtat? De matre Eccleſia quod dicitur concedo, ſi rectè intelligatur, ſed non ut à vobis. Sed ecce iterum imprudens delabor ad diſputationum contentionem, quam, poſthac nolim, à me expectes Recte etiam feceris, ſi alia ſcribendi argumenta uſurparis, de litteris, de Viris magnis, litterarũ in Italia antiſtitibus, quid meditentur, ac parent luci, & utilitati publicæ. Huiusmodi litteræ noſtram neceſſitudinem conſervabunt magis. In diverſis ſcribendi generibus, cuiusmodi nuper adeò uſurpare cepiſti, video nos nihil niſi operam & oleum perdituros, dum & tibi tuum, & mihi meum pulchrius ac melius. Bene Vale. Auguſtæ Vindelicorum, 30. Iulij Gregoriani. 1599.

Eidem.

Eidem.

VIr Clariſſime, Fateor non potui non affici, cum primum Romanam hanc te doctrinam amplexum cognovi. Reſcripſi nihilominus, & indicavi verbo, falsò ad vos perlatum de Caſaubono, ingenii & judicij ſolidioris, quam ut lectione Patrum abduci ſe à veritate pateretur: qua quidem lectione neſcio, an quicquam ſit, quod vos magis & prodat, & perdat, dum notare ex ea facile eſt, ut ſeſe errores in Eccleſiam inſinvaverint; quidve, & à quo, quoque tempore de verbo Divino demptum, mutatumve: Vnde illa, & quando nata nomina Blaſphemiæ, quibus plena dicitur mulier ſedens ſuper beſtiam coccineam. Addebam redditam mihi Epiſtolam, quam Servianis tuis cupiebás proponi tardius, & confecto pæne opere, nec mihi tunc accincto ad iter, inter innumera negotia vacaſſe, typographum convenire: Renuntiare autem amicitiæ, nunquam in mente fuit, quam ego cum aliis colo, qui eandem, quam tu nuper ingreſſus in Religione viam, etſi mihi multis nominibus improbatam, olim tenent. Habeo in illo errore, propinquos, affines, amicos, quos ad veritatis ſuæ lucem,

DEVS, ut pro ſua miſericordia adducat aliquando, oro quotidie: & eadem, ut te quoque gratia complectatur oro impoſterúm. Sed tu certe nimis injurius es in noſtros, cum perditiſſimos vocas, & omni ſcelerum & ſordium genere inquinatiſſimos; cum neſcis an ſint miſericordia digni: cum ſtolidos nominas, cum bacchantium furorem, cũ veſanas interpretationes illis tribuis. Si tenere me iſtis voluiſti, fruſtra es. Neque ni fallor, ego erraverim, ſi vos tales habeo, quales expertus ſum: *qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate:* quorum ego, vere dico, crudeles manus vix evaſi olim, ſed evaſi ſumma DEI gratia: Itaque vos, quales ſitis, reipſa doctus ſcio, nec id me quiſquam docuit, docebitve Prædicatorum: & Romæ vixi, eò me deferente ardore juvenili, & ſtudio rerum locorumque; ſed vixi certe, Conſtantinopoli, quam Romæ ſecurior. Iam verò, ſolum, verum, & unicum DEI verbum auditis, & audiendum dicitis? Eo ſi vos animo ſincere eſtis, gaudeo ſincero gaudio, & vobis, atque Eccleſiæ gratulor; ſed id nuperrime Doctores è veſtris quidam non infimi refutarunt. *Addis, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut Ethnicus & Publicanus*; hoc verò extra rem eſſe, tu ipſe non neſcis: qui ſcis non de doctri-

doctrina illic Dominum loqui, ſed de moribus. Sed ſcriptum eſſe ſcio, *Hunc audite* Scio & de vobis dictum eſſe, ſine causâ colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Nec Beza, mihi Doctor, nec Auguſtinus, Nullius, niſi CHRISTI nomen fero, eſt quod laudem. Pro libello (unum enim accepi, cum tu libellos dicas) gratias habeo: legam, non quidem quia Chriſtianam mihi Religionem Romanorum exponant, quam DEI gratia in fontibus ipſis haurire habeo: ſed tamen legam, quia à te miſſus, quia à te ſcriptus. Sed caecas & rancidas hiſtorias Romanorum, te jam Romanum ita procul ablegare, miror, qui non ignores, eſſe ex iis pleraque veſtræ Religionis externa. Baronium non contemno, hominem diligentem. Auguſtinos, Hieronymos, & alios Eccleſiæ ſcriptores veteres, tanti facio, ut puros & incorruptos, uti ſcripſerunt, extare, judicem Eccleſiæ valde intereſſe. Illa vero abs te videre aueo, in Apulejum, Varronem, Gellium, aliosque levioris litteraturæ ſcriptores, quibus tractandis, crede mihi, aptius ingenium tuum, quam hiſce Theologicis. Sed cui cui ſtudio te dicaveris. DEVM oro, vitæ auctorem, & veritatis, ut te illam in viam ducat, quæ ad veritatem ducit, & vitam. Vale. 1599.

HAbes quæ raptim vix vacavit reſpondere omnibus ni fallor epiſtolæ tuæ capitibus. Me verò certe amicum habes, habebisque tuum Bongarſium.

Eidem.

MEnſis hodie labitur, ex quo ad te ſcripſi Ferrariam; interim nihil à Rittershuſio, quem ſuper Servio ter compellavi, de quo, ex litteris tuis certam P. Danieli ſpem feci. Ille vero vel verbulo negare poterat, aut excuſare. Iter meum in Galliam ſuadente valetudine differre in ver proximum conſtitueram; ſed mutare cogor, & jamjam me accingere, vocatus, atque ſatisfacere valetudini. Litteras tuas præmiſi per hominem certum. Sed de Servio, adhuc expecto, quid ſperare nos jubeas. Litteras huc Argentinam ad D. Lobbetium mittas, is certò curabit. Sperabam reddere me libris, à quibus ætatem abſum. Sed vereor, ut me in altum, neſcio qui ventus, referat. Quid facturus ſim, faciam, ut ſcias. Caſaubonus cum Lutetiæ fuit, & in Aula Regia, à Rege exceptus, & habitus benigne, & Lutetiam ad profeſſionem invitatus: conditionem an acciperet, nondum ipſe apud ſe conſtituerat, cum litteras ad me daret, ſub huius men-

menſis initium. Tuas expecto, & cum iis, ſi quid vis à me, qui tui amantiſſimus.

ELECTORI BRANDEBURGICO.

ILluſtriſſime & Potentiſſime Princeps & Domine, Litteras Illuſtriſſimæ Celſitudinis Veſtræ datas 14. Aprilis, accepi hic ante dies aliquot, & adiunctum faſciculum Regi, cui erat inſcriptus, reddidi: atque propenſum Majeſtatis ſuæ, ad ea quæ Illuſtriſſima Celſitudo Veſtra petit, animum notare mihi facile fuit. Videtur autem vereri Majeſtas ſua, ne obitus Illuſtriſſimi laudatiſſimæ memoriæ Principis Domini Marchionis Georgij Friderici &c. novas in cauſa Pruſſica difficultates adferat, quas tamen prudentiâ ſua Illuſtriſſimam Celſitudinem Veſtram ſuperare poſſe confidit. Ego, ſi qua in re his locis inſervire Illuſtriſſimæ Celſit: veſtræ tenuitas mea poteſt, ut ſum Illuſtriſſimæ familiæ eius addictiſſimus; ita paratus ipſi ero promptusque ſemper. Cæterum & Rex DEI gratiâ & Delphinus noſter valet, & pacata ſunt eiusdem DEI benignitate apud nos omnia. Sed turbavit non leviter Majeſtatem ſuam obitus ille Illuſtriſſimi Georgij

gij Friderici, quem inter primos amicum ſibi ſerio Majeſtas ipſa cognoverat. Me verò jactura illa Principis optimi graviſſime affecit: ſed eam DEVS ille ſarciet, in cuius tutela Principes, & inter eos Illuſtriſſima & potentiſſima familia; Is & Illuſtriſſimam Celſitudinem veſtrā ſervare diu velit, incolumem, florentemque. Lutetiæ, ultimo Iunii 1603.

DOMINO à STITTEN, CONSILIARIO AULICO ILLUSTRISSIMI ADMINISTRATORIS BRANDENBURGICI.

NObiliſſime & Ampliſſime Domine, S. Quo ſtatu ſint res veſtræ, cognovimus ex litteris Illuſtriſſimi Domini Adminiſtratoris, ſed & Chanualonius querelas edidit Lotharingiorum artificioſé compoſitas, ut eorum eſt mos. Rex quo animo ſit, ex litteris ad Celſitudinem ſuam videbitis. Omninò pudendum, rem tanti momenti tam agi à veſtris negligenter. Sed fatum hoc eſt cauſæ huius, ut eorum operâ peſſum eat, quorum eam ſalvam eſſe intereſt maximé; adeo jam ab ipſis initiis, nihil prudenter, nihil cordaté in ea ſuſceptū, actum-

ve: Ego & conſiliorum meorum & actionum omnium reddere rationem paratus ſum. Nam ſugillari eas à neſcio quibus hominibus intelligo: qui ſi bilem mihi moverint, faciam ut temeritatis eos ſuæ facile pœniteat. Sed DEVS avertat, quæ malis conſiliis ſuis illi mala accerſiverunt; & vos, juſtamque cauſam ſervet. Lutetiâ 18. Maij 1603.

Eidem.

NObiliſſime & Ampliſſime Domine Datas abs te 6. Ianuar: litteras mihi reddidit N. Dominus VVolmarus. Equidem & dudum profeſſus ſum, & hodie profiteor libere, cauſam quæ veſtra dicitur, veſtram non eſſe; Publicam eſſe, in qua & de Religionis agatur libertate, & de Illuſtrium in Imperio familiarum dignitate: quam & à Principibus quos à Romanæ Eccleſiæ ſordibus DEVS evocavit, & ab Illuſtribus illis familiis turpiſſime non tam negligi, quam deſeri, non poſſum non ſummopere indignari. Sed illos ſuæ pœnæ manent. Nos hic alia agimus, de quibus ſilere malo. DEVS interim judicii ſui negotium aget, & peraget. Si quid hic me curandum, cognoſces ab homine meo, cui has

ut reddi cures, abs te peto. Me verò, ut amare pergas, etiam atque etiam efflagito. Lutetia 1. Febr. 1604.

G. M. LINGELSHEMIO.

Ampliſſime & Clariſſime Domine, Salvum me è Biturigibus Lutetiam DEVS reduxit, per Soloniam aquarum exundatio periculo, per Bealſiam lutum profundiſſimum moleſtiæ fuit. Itaque à defeſſo homine litteras verboſas non expectaveris. Sed & Datheni hic diligentia facilè me excuſabit. Ille caſum Cottoni Ieſuitæ, aliaque aulica, aut horrenda, aut ridenda, etſi ridenda omnia, perſcripſit. Sed ſilentium tuum ſane ſtupeo: quas enim abs te habeo recentiſſimas, ſcias datas eſſe 25. Novembr. 1603. Ego tota hac peregrinatione ſilui, avocatus negotiis domeſticis, quæ aliquo modo componere ante diſceſſum, conari ſaltem debui. Sed iſtic præcipua cura fuit, conquirere reliquias Cujacianæ bibliothecæ. Ridebis tu ſuaviter, hoc tēpore quo accurrunt certatim huc omnes, tanquam ad nundinas pecuniæ à Rege extorquendæ, me aulicum hominem nec

pecu-

pecunioſum, terga vertere, & loca ultima petere, pecuniæ in libros maculatos & ſemeſos profundendæ. Hæc vero avaritia mea eſt. Nec me laboris nec ſumptuum pœnitet. Vtinam frui iſtis detur libero & quieto: Rosnij mihi gazas non optarem, nec Perſarum montes aureos. Servet nobis DEVS quem dedit: ſervet nos ſibi, & te publicæ rei, & mihi. Salutem amicis &c. 19. Ianuarii 1604.

Eidem.

AMpliſſime &c. Is quem Pragæ putas fuiſſe ſub Kal. April. neſcio quid minitabundus feciſſe dicitur, quod noſtrorum animos non leviter affecit, & difficiliorem reddidit cauſam Parmenionis. Mihi etſi nec illum impudentia nec hunc culpa libero; fons tamen mali eſſe in Alexandro ipſo videtur. Sed neſcio, quid nos magni mali expectat, cuius nos nobis ipſi fabri ſumus: ſpes mihi ulla, niſi in ſummo illo auctore & motore omnium: Sed nec veſtra ſatis firma. Elector delatum ipſi & Bavaro ſequeſtri onus recuſat, quo corruunt magno opere à nobis impetratæ induciæ, & cum iis ſpes omnis ſervandi rem . . . . Qui enim non & Rex curam eius omnem de-

deponat, à qua alienos ſeſe oſtendant vicini omnes? Roſnius ſeſe legationi Anglicanæ parat. Buzanvalii hic præſentiam ſpero fore cum fructu. De re Genevenſi nihil adhuc conſtituimus, omnium in Angliam verſæ ſunt cogitationes. Rex cepiſſe nunc primum videtur, quanti interſit Chriſtianæ Reip. ſalvas eſſe res Principum veſtrorum: DEUS porro adſit Principi, quantum aſſequor, non malo, ut oculos intendat seriò, ad ea quæ ſunt & publici & privati ipſius boni. Mea omnia in incerto, ſperare jubent Regis ſermones benigniſſimi: ſed aulæ mos ſpes noſtras arctat, & jamjam me ad domeſtica converto, quæ per diuturnam abſentiam habent peſſime; ea ut curavero, ad vos excurram, ut tecum imprimis de ſede certa conſtituam. DEUS te tuis reddat, mihique ſervet ſalvum & valentem. Veſtri hic ſe ad iter Anglicum comparant. Vale. Lutetiâ 16. Maii 1603.

AD ANONYMUM.

Unis quas ad me dediſti, binas rependi: utrasque ex præſcripto tuo inſcripſi Hamburgenſi Syndico Vincentio Mollero. Has Germania diſcedens, debere

bere tibi videor: nempe ut ſcias, fore me tui ubique memorem, ubique paratam promtamque opellam meam. Aula me, ut ſpero, non tenebit, ætas namque & fracta valetudo, ſeceſſum ſuadent & latebras, de loco nondum conſtitui. Tu vero, ſi quid ad me, ſi quid à me vis, litteras curare poteris Francofurtum ad Nicolaum Malapertam aut Claudium Marnium typographum. De publicis nihil habeo ſcriptione dignum. Apud nos non pacata tantum, ſed læta etiam ſunt omnia. Parantur omnia ſolemni aut Baptiſmo, aut nominationi Delphini & ſororum. Teſtes advocantur cum Mantuana Pontifex, Lotharingiæ Dux cum Archiduciſſa Belgica,& Hetruriæ Magna Duciſſa, & Duciſſa Barri (illa filia, nurus hæc Lotharingi. Quo peracto, nuptias inſtituet Auraniæ Princeps cum Borbonia ſorore Principis Condæi. Vrget & Vendomii nuptias Rex cum unica filia, Mercurii Ducis, illius qui Hungariæ rebus præfuit. Ille filius eſt Gabrielæ illius notiſſimæ: hæc omnium in tota Gallia procerum ditiſſima & eius cum illo nuptias pactus eſt Pater cum ſe Regi dederat, fractis conjurationis illius magnæ viribus,& Ambiano recepto. Sed hæc ego ad te hominem peritiſſimum ineptè: nihil eſt enim rerum noſtrarum non tibi cogniti-

tiſſi-

tiſſimum. Veneta tibi aliunde comperta, iis componendis Rex noſter operam ſeriam impendit, & ſpero futurum, ut concedat hic aliquid de dignitate ſua S. Marco S. Petrus. De Ieſuitis, genus hominum, Hiſpano addictiſſimum, ut ſcis, quicquid futurum eſt, adhuc dubito. Sereniſſimi Regis veſtri Britannicam profectionem Reip. Chriſtianæ utilem fore ſpero. Et tandem ſumpturum Regem Britanniæ, Rege magno dignos animos: ut illi audacia, ita patientia noſtri peccant. Sed iſta DEVS vertet, cum voluerit, volet autem, cum nos ii erimus, quos eſſe in Ipſum decet. Scripſi raptim, abitum parans. Argentina 23. Iulii 1606.

C. PEUCERO.

NVllas ad te cogitabam dare, niſi certis acceptis ex Gallia litteris, quo & certi aliquid ad te de ſtatu rerum noſtrarum poſſem perſcribere: Sed me tuæ 23. Octobris ſcriptæ excitarunt, ita me DEVS amet, ut nunquam ſine fructu, tuæ ad me litteræ veniunt, ſed illæ meæ quas accuſas querelæ non tam in adverſa illa, quibus tentati ſumus nuper, quam in ipſas adverſorum cauſas inſurgunt. Diſcordiam eorum Principum,

ipum, qui deberent eſſe coniunctiſſimi, &
DEI Reique publicæ negligentiam, quo-
unque me verto, pietatem contemni, lu-
os fieri officium video: Hoc me de ſ..
mni deiicit, nec me privata mea ſtimulant,
uibus ut carui tot annos, ita pauculis illis,
uæ mihi forte ſuperſunt, diebus, carere fa-
le potero. Sed magna illa me magnorum
nperiorum ruina afficit, quã ſiccis intueri
culis, non conſtantiæ, ſed inhumanitatis
ſſe judico. Attamen ruant illa, neque
nim ad vitam beatam æternamque, niſi per
tas ruinas iter eſt; Expecto iam ſingulis
on diebus ſed horis litteras à noſtris homi-
ibus, absque iis nihil poſſum ad te certi
ribere; nam rumores accipitis ab aliis,
uamprimum autem illas accepero, faciam
de omnibus certiorem. Hic negotia ſa-
s tranquilla ſunt, & ſatis eſt avertiſſe hoc
mpore ab Imparatis, & arma fugientibus
n, quæ certa aderat, absque Domini de
ncy adventu. Cum Eſpernonio fortaſſis
obis bellum fore arbitror, ſed hæc ut dixi,
oſtquam certiora habuero. Effigiem certo
cui tradam, qui eam tibi reddat, videbo,
d ſi quis forte veſtrum huc veniret de eo
me moneas, velim. Vale Vir Clariſſime
Excellentiſſime Domine, & coniugem
tiſſimam, neptesque elegantiſſimas, ſa-
luta

luta à me, & Iſenburgium. Reineccii obitum nuper cognovi, & indolui, accuratæ doctrinæ vir erat, & inter paucos, eram rogatus ab eo, ut corraderem quædam, quæ ei ad quartam partem Syntagmatis futura erant utilia: de qua quæ ſpes ſit, velim de te cognoſcere. Iterum Vale Optime Virorum. Argentorato 20 Novembris 1595.

Eidem.

Litteris tuis nihil mihi accidere gratius poteſt: Sed tu eas ſane aut nullas aut raras ſcribis. Heydelbergæ datas accepi: interceptas, de quibus quæris, ita vulgatas video, ut jam innotuiſſe tibi earum ſententiam non dubitem. Sunt autem duplices: A Legatis Sanclemente & Hauræo, quæ Comitiorum Ratisbonenſium diſceptationes & placita, & ſuam in Principum aut Conſiliariorum animis corrumpendis operam explicant, & de Imperii ſucceſſore cogitandum, in eoque laboratum à ſe ſtrenué, ſignificant: Aliæ ab . . . ., quibus ſtudia ſua omnia officiaque Regi Hiſpaniarum ſubmiſſe deferi eiusque commoda, & milite & conſilio, quo valet, promoturum pollicetur. En quo res veſtra delapſa eſt Turcam habetis ad portas

ꝛrtas, imò intra portas, & veſtris homini-
ıs neglecta ſua re, Indici Theſauri ſpe alie-
ım rem agere, & ſeſe Hiſpano ſubdere lu-
:t. Sed poſſem hac de re, ſi velim diſſere-
, & vere & copioſe. Nec quin faciam,
tinet me periculum, quod audio in ora
:ſtra litteris fieri: ſed iſta non ſcribere tan-
ım, ſed cogitare pudet: & me publicarum
rum tanta cepit ſatietas, ut in antro ali-
ıo, extra harum ſocietatem, reliquum æta-
s agere in votis ſit. Publicas res verè dici-
ıus, in quas publice omnes, magno ſcelere
npetum faciunt. Ruunt omnia, nec conſi-
o jam nec remedio locus eſt: Eorum eſt
ılpa, quos præeſſe rebus deceret: qui
nnia, imperitiâ alii, alii audacia, alia igna-
a, corrumpunt. Sed tu à me de noſtris
bus aliquid expectas: Vienna, quæ eſt
:bs Delfinatium, non procul Lugduno,
uam Hiſpanico & Sabaudico Præſidio Ne-
ıurſius tenebat, artibus Conneſtabilis no-
ri, in Regis poteſtatem rediit. Bironius
ıſtata Breſſia, (Sabaudici Iuris Provincia)
ıſtella & oppida aliquot ad Ararim, ſupra
ugdunum, ſuſcipere conatur, ut Lugdu-
ɛnſibus liberam provinciam reddat. In
ediguierio & Eſpernonio reconciliandis
boramus, neſcio quo fructu. In Comi-
ıtu Burgundiæ incerto ſtatu ſunt omnia.

Nec

ec Hiſpanica auxilia tanta ſunt, ut liberare
.terno hoſte provinciam adhuc poſſint: nec
, qui in provinciam invaſerunt, tam validi
unt, ut tenere occupata, niſi novis auxiliis
uſtentati, poſſint. Leviter haſtenus utrin-
quæ certarunt, jam hinc, mox illinc incli-
nante victoria. Veſalium oppidum, inter
ea quo occupata ſunt, præcipuum, ſed ſitum
loco ſane iniquo, & ab arce leviter muni-
tum Hiſpani obſederunt, eos eruptione ab
obſeſſis facta, & Regis in Burgundiam ad-
ventantis fama, diſcedere coactos aiunt: ſed
de his proximis quas ad te dabo, certiora.
Bullionius ex aula Sedanum ante octiduum
reverſus eſt, Regem reliquit Fontebellæi,
quæ arx eſt diſtans Lutetia itinere unius di-
ei, Lugdunum verſus. Britannica dubia
ſunt. In Scotia turbæ ſolitæ. Pacem tu
nobis quidem jam dudum prædixiſti ſed
eam ne certa, ne conſtans ſit facit . . . .
. . . . , quæ vix coerceri poteſt, licentia: quæ
& Germaniæ veſtræ malum dabit aliquan-
do, ni DEUS averterit: quem ego pro pace
publica, pro tuæque familiæ incolumitate
oro. Vale, Clariſſime Domine, Argento-
rato 10. Maii 1595.

GENE-

GENEROSIS ET IN ONA SPE ADOLESCENTIBUS, HARLÆIS, SANCIIS, ET MONGLATIO, S.

Ter in Galliam cogito, id ſcire vos volui, ut ſi quid eſſet, quod mihi privatim imponendum, quisque putaretis, id cognorem de vobis, quibus ego paratus ſemper omtusque. Debeo hunc animum parenveſtri, ingentibus meritis: debeo ſpei, m de vobis concepi ego certe egregiam. mvero ſi fallitis, vos metipſos turpiter lleritis: ex quo & damnum ad vos redi & dedecus. Sed hoc DEVS avertat, m ſi ex ipſius præcepto colitis, accedent is indubie & ſuccedent omnia. Coletis em ſi præfecto veſtro & præceptori autaveritis. Eos, amabò obſervate & ſera oculis, ut decet. Ita vos DEVS illeet, cui ſtudia veſtra profectumque comdo, ego Veſter Bongarſius ſcripſi Franrti ipſo die Paſchatis 1597.

HUT-

HUTTENO.

Nobiliſſime Domine, Etſi mihi à No bilſſimo Domino VValdenfelſio no ſtro litteræ, quibus Magnificum Do minum Anceliuin,ad Illuſtriſſimum Princi pem Dominum Marchionem invitat: ſec non putat is, hinc ſibi diſcedendum, niſ cognita prius Illuſtriſſimi Principis Domin Electoris voluntate de qua litteras tuas, au ipſius Celſitudinis expectamus avide. Egc ſane, niſi tu aliter cenſes, judico eſſe re communi, non amitti egregiam han magnos & amicos Principes ſimul conve niendi occaſionem: ſed judicio nos tuo ſta bimus. Generoſe Domine Vale. Norim berga, 21. Decembris 1596.

COMITI ERNESTO à MANSFELD.

Illuſtris & Generoſe Domine, Meminiſſ Generoſitatem tuam arbitror, & olin ſcribere, & cum Raſtadii eſſemus coran dicere, in conficiendo negotio, quod inte Illuſtre Capitulum & Illuſtriſſimum Du cem VVirtembergicum agitaretur, operan mean

neam neceſſariam fore. Etſi non ingra-
um id negotium Regi meo eſſe ſatis habe-
am cognitum, putavi tamen ad Majeſta-
em eius referendum: Scripſi igitur: quo lo-
o res eſſet, quidve à me Illuſtris tua Gene-
oſitas petiiſſet: Reſcribit, non dubitare,
uin ſciente & volente Domino Admini-
ratore id negotium tractetur, & de Illu-
riſſimi Ducis VVirtembergici in ſe Remq;
ublicam tanta habeat argumenta, quanta
uæ maxima: cauſam nullam eſſe ob quam
enegare operam meam debeam; & probare
mnino, ut me Illuſtriſſimo Domini Ad-
miniſtratori, Illuſtrique Capitulo & hac in
auſa, & in aliis quæ eí ent ex re ipſorum
commodem. Significate hanc Regis vo-
ntatem Illuſtri Generoſitati tuæ, judicavi
ſe ex officio meo. Veſtrum jam videre eſt,
ua in re uſui ipſis eſſe ego poſſim, idque fa-
re, ut ſciam; Meum, rei commodisque
ſtris obſequi. Et ne ſtudium atque ope-
mea Illuſtri Generoſitati tuæ aliis vc im-
obetur, quos hoc negotium tangit, ſe-
lo curabo. Quæ nova habeo, ea ut ſoleo,
ribo ad Clariſſimum & Amplisſimum
ominum Doctorem Lobbetium, &c.
ancofurto 1596.

D ELE-

HUTTENO.

Nobiliſſime Domine, Etſi mihi à Nobiliſſimo Domino VValdenfelſio noſtro litteræ, quibus Magnificum Dominum Ancelium,ad Illuſtriſſimum Principem Dominum Marchionem invitat: ſed non putat is, hinc ſibi diſcedendum, niſi cognita prius Illuſtriſſimi Principis Domini Electoris voluntate de qua litteras tuas, aut ipſius Celſitudinis expectamus avide. Ego ſane, niſi tu aliter cenſes, judico eſſe è re communi, non amitti egregiam hanc magnos & amicos Principes ſimul conveniendi occaſionem: ſed judicio nos tuo ſtabimus. Generoſe Domine Vale. Norimberga, 21. Decembris 1596.

COMITI ERNESTO à MANSFELD.

Illuſtris & Generoſe Domine, Meminiſſe Generoſitatem tuam arbitror, & olim ſcribere, & cum Raſtadii eſſemus coram dicere, in conficiendo negotio, quod inter Illuſtre Capitulum & Illuſtriſſimum Ducem VVirtembergicum agitaretur, operam meam

meam neceſſariam fore. Etſi non ingratum id negotium Regi meo eſſe ſatis habebam cognitum, putavi tamen ad Majeſtatem eius referendum: Scripſi igitur: quo loco res eſſet, quidve à me Illuſtris tua Generoſitas petiiſſet: Reſcribit, non dubitare, quin ſciente & volente Domino Adminiſtratore id negotium tractetur, & de Illuſtriſſimi Ducis VVirtembergici in ſe Remq; publicam tanta habeat argumenta, quanta quæ maxima: cauſam nullam eſſe ob quam denegare operam meam debeam; & probare omnino, ut me Illuſtriſſimo Domini Adminiſtratori, Illuſtrique Capitulo & hac in cauſa, & in aliis quæ ei erit ex re ipſorum accommodem. Significare hanc Regis voluntatem Illuſtri Generoſitati tuæ, judicavi eſſe ex officio meo. Veſtrum jam videre eſt, qua in re uſui ipſis eſſe ego poſſim, idque facere, ut ſciam; Meum, rei commodisque veſtris obſequi. Et ne ſtudium atque operam mea Illuſtri Generoſitati tuæ aliisve improbetur, quos hoc negotium tangit, ſedulo curabo. Quæ nova habeo, ea ut ſoleo, ſcribo ad Clariſſimum & Ampliſſimum Dominum Doctorem Lobbetium, &c. Francofurto 1596.

ELECTORI PALATINO.

Litteras à Rege his adjunctas accipiet Illuſtriſſima Celſitudo veſtra, reſponſum iis quas ad Majeſtatem eius Illuſtriſſima Celſitudo Veſtra poſtremas dedit. Iubet Majeſtas eius addere, fuiſſe ſibi gratiſsimum cognoſcere de ipſis Illuſtriſſimæ Celſitudinis veſtræ litteris, Illuſtriſsimam Principem Electricem peperiſſe feliciter: feliciter omninò, quod & ipſa facile liberata & Principem enixa eſſet; & uterque valeret: Sed editum Principem gratulari Palatinæ domui, Germaniæ univerſæ, ſibique adeo, ſuiſque omnibus. Palatinæ domui natum ſucceſſorem, Germaniæ Principem primarium, ſibi amicum. Talibus columnis fulciri Remp. quæ alias ruat. Et ruat ſane, vitio dicam an negligentia eorum, quorum onus illud humeris ſit à DEO impoſitum, qui Reip. incurioſi, graſſari impune hoſtem publicæ libertatis patiuntur. Audere eum deſtinare iam, atque conſtituere Imperio ſucceſſorem, quem impoſiturum cervicibus Principum confidat, artibus ſuis & largitionibus. Sed quoniam cognoverit Majeſtas eius de litte-

litteris meis, adfuturos ſacro Principis infantis Baptiſmati multos, eosque præcipuos Principes Imperii, ſperare atque adeo confidere, ſeriò eos de Rep. conſervanda deliberaturos, atque manum tandem operi publico admoturos. Facere id Sereniſſimam Angliæ Reginam, facere Ordines Illuſtres Belgicos, & ſe Majeſtati eius arcto ſacroque fœdere ad publicam reſtituendam libertatem, & fœdiſsimæ ſervitutis avertendum jugum, adjungere. Sperare idem & Illuſtriſsimam Celſitudinem veſtram aliosque Principes facturos, quos publicus ille hoſtis uno animo, conſilioque, diverſis rationibus tentat: Si nihil aliud ſit, ſaltem auxilia Majeſtati eius ab Illuſtriſsima Celſitudine veſtra, cœterisq; Principibus, & alia amicitiæ officia præſtita numquam illum remiſſurum. Sed & numquam Celſitudini Veſtræ ipſisque Principibus cæteris Majeſtatem eius defuturam, & quæ incertis rebus ſuis beneficia acceperit ea grato animo redditurum, atque aliis cumulaturam: Sed ſuper his, aliisque miſſuram, ad Illuſtriſsimam Celſitudinem Veſtram, quamprimum quæ ab Illuſtriſſimo Bullionio cum Ordinibus Belgicis aguntur, confecta fuerint, Magnificum Dominum Ancelium. Orare tandem DEum Opt. Max. ut Illuſtriſsimam Celſitudinem

veſtram & Chariſſimam conjugem & ipſum hunc dulciſsimum filiolum,& utrique matri filioque ipſam Illuſtriſsimam Celſitudinem veſtram ſervare feliciter quam diutiſsime velit, ut ex iis ſuperſtitibus diuturnum capere fructum Respub. poſsit. Hæc ſunt, Princeps Illuſtriſsime, quæ litteris ſuis Majeſtas eius addere juſsit. Vota vero Majeſtatis eius ego lubens atque ex animo ſubſcribo. 29. Octobr. 1596.

MARCO VELSERO, PATRITIO AUGUSTANO.

BOica tua legi cum admiratione & diligentiæ & elegantiæ, qua Veteres certe æquas, veteres inquam notæ melioris. Itaque & quod me exemplo priuatim donaveris exulto, & quod tam accuratum opus, publicum feceris, huic ſæculo noſtro gratulor. Gallicanorum conciliorum editio à Fr: Pithoeo omnino pendet. In Catalogo præteritarum nundinarum puto magno errore Aureliæ nomen irrepſiſſe: nam iſtic, qui hæc curet, novi neminem. Caſaubono inſcriptum exemplum Lutetiam commendavi: &

vi: & ecce hic ab eo ad te litteræ. Hæ nundinæ à bonis libris ſteriles fuere. Lutetia Artemidorum adhuc expectamus. Francofurto 25. Septembris 1602.

J. G. STUCKIO.

ME vero Germania adhuc habet invitum, non quod me gentis tædeat, ſed quod negotiorum & tædeat, & pudeat. Nam horum, ut de noſtris taceam, Principum quis ferat ſocordiam. Eius tibi unum do argumentum. Rem Epiſcopatus . . . . , quam flagitioſiſsime illi deſertam produnt, quæ conſervari nullo negotio potuiſſet; ſed me teneo. De Vicquio, quod ſcribis grave eſt, & ſpero atque opto falſis illum rumoribus peti. Mauritius magno opere, divinitus diſsipata exercitus Archiducis parte, Gravam deditione cœpit, oppidum munitiſsimum, & ad alia ſitu opportunum. Nos, Galliam dico & Germaniam, DEVS Ordinum armis hodie tutos ſervat: ſed valde vereor, ut patientiam Divinam peccatis noſtris expugnemus. In . . . . furiosé debacchantur ipſi Bacchi, ventrisq; alumni. Francofurto 27. Septembr. 1602.

JOANNI MEURSIO.

COgitare me de autoribus Hieroſolymitanæ hiſtoriæ verum eſt: ſed in iis me eſſe, non auſim dicere, qui ſvix mecum ſim ipſe. De rebus Hungaricis puto me miſiſſe, cui librum tradiderim; ſed is ſi periit, aliud hic exemplum habes. Pro libello poëmatum tuo & elegantiſsimo, magnas tibi gratias ago, ſed quod reponam nihil eſt. Tu vero, ſi quid eſt, quod hinc velis, id fac ſciam, Paratus tibi ego ſum ad omnia. Vale & vive bono litterarum. Francofurto 25. Septembr. 1602.

JOANNI ROSINO.

ARgentinæ accepi, quas ipſis Calend. ad me dediſti: Iis reſpondeo raptim & diſtractus varie. Quæ ad te miſi, miſi ut tibi habeas, non ut remittas. Notitia illa non eſt ullius libri index, namque ſimilem habuit Schonhovius niſi fallor, & Onuphrius: ſed noſtra plenior quibusdam locis. De conjuratione ſcelerata & prodigioſa in Regem, vere ad vos perlatum eſt: de ea verò certiora ad te mittam brevi, tu interim nos

juva

juva precibus tuis. Vitas trium Electorum avide expecto; ſed non neſcis quæ fides ſit hiſtoriis, quas aulicus favor obumbrat. Annales Gilij Gallici ſunt, an proſtent adhuc, cognoſcam Lutetiâ. Hiſtorica quæ commemoras à Goldaſto & alia quæ excudantur Aurelianis, promiſſa puto, nondum exhibita: & ſi quid à noſtris illorum prodibit, ea tibi curabo: alia enim ſunt ab iis, quæ hic ediderunt VVecheliani. Privilegium tuum accepi, ſed negligentia tabellarii ſigillo confracto: Hoc vero nihil de eius auctoritate detrahit apud noſtros. Francoſurto 5. Auguſti 1602.

Eidem.

Reverende & Clariſſime Domine. Literas tuas ſcriptas 3. Maij, 10. accepi Argentinæ, nam tardius reſpondeo. De privilegio, uti nuper ſcripſi, non deſpero, præſertim, ſi quod ſpero, poſt proximas nundinas in aulam profectus fuero. Iſidorum mittam prima occaſione, nam volumen eſt grande. Frontini de Coloniis an viderim libellum, neſcio; eſt enim niſi fallor, Lutetiæ tantum editus, eum ſi requiris, mittam. Cum his vero habebis, quæ ex optimo & veteri manuſcripto curavi exſcribi.

Notitiam locorum Vrbis, & Provinciarum. hanc quidem pleniorem ea quam edidit Schonhovius & Onufrius. Nam Vrbis eadem eſt, quæ legitur paſſim edita: non putavi tamen ſeparanda, cum illi adjuncta legeretur. Vale & me ama, DEVS te tueatur; & animum tibi juvandi Rempubl. ſervet. Francofurti 10. Iunii 1602.

G.M.LINGELSHEMIO.

AMpliſſime & Clariſſime Domine. Quid reponam pro tuis, quas Arbalnotus reddidit, nihil habeo. Graviſſeto tradidi faſciculum ipſi inſcriptum. Bilderbeckus hic nobiſcum eſt, Baccharaci ſubſtitit aliquot dies: quæ refert, vetera ſunt. Hollandi Dunkerkenſem navim in ipſo Albis oſtio ceperunt, cæſis ex ea nautis aliiſque LII. De Rege Daniæ, quod ex Angliæ à primariis viris ſcriptum fuerat, in Scotia eum fuiſſe, falſum. Navigaverat ſuis inſciis in Norvvegiam, ut Anglos quoſdam prohiberet piſcatione: & prohibuit non ſine magno ſuo periculo. Scribit ad me Middelburgo Leſierius de Electore Palatino in Hollandia &c. Et ego cum nuper eſſem Coloniæ viris quibuſdam ſane magnis ſiniſtras

ſtras quaſdam de eo opiniones vix eripui. Non ignoras Famæ Principibus præcipuam eſſe curam, quam illi pænè omnes leviter curant: Sed nos noſtra: Tu Vale. Francofurto 26. Sept. 1602.

CHRISTOPHORO COLERO.

VIr Clariſſime, Nihil abs te mihi litterarum redditum hiſce nundinis miror: Itaque quod poſtremis tuis ſignificabas, puto te in itinere ad nos eſſe. Germaniam tuam cum epiſtola tua de ſtudio Politico Marnius excudit, & Saluſtius à neſcio quo prodiit Lugduni Batavorum: quæ mitterem ſi mihi conſtaret, te adhuc in Polonia verſari. Expectabo litteras tuas miſſurus illa & ſcripturus prolixius, cum de te certi aliquid cognovero, Vale Francof. 27. Sept. 1602.

AD ANONYMUM, ELECTORIS PALATINI AUT BRANDEBURGICI CANCELLARIVM VEL CONSILIARIVM.

MAgnifice Domine, Non potui cum diſcedere Germaniâ conſtituiſſem non ſalutare Dominationem veſtram, cuius amicam operam eram expertus. Videat ipſa, an qua in re gratificari ipſi apud nos, alibive poſſim: & utatur mea opera liberè. Experietur me virtutis ſuæ, meritorumque memorem. Cæterum eò lubentius diſcedo his locis, quod ſciam te apud Excelſiſſimum Principem Electorem, patronum rebus noſtris fideliſſimum remanere: nihilq; paſſurum deſiderari abs te, quod ad rem Chriſtianam reſtituendam & conſtituendam pertinebit: quantum autem in rebus Gallicis momentum ſitum ſit, non ignorat prudentia tua. Ignoſce, ſi liberiorem apud te vocem emiſero. Pænè collapſas eas video procraſtinationibus veſtrorum: ſed refici & ſtabiliri poterunt celeritate: Diligentia eſt opus & robore: ſeriò res, non perfunctoriè tractanda. Morbi cauſam agnoſcis,

facile & medicinam noto adhibebis morbo. Hoc ut faceres contenderem abs te multis verbis, & obteſtarer per id, quo ſcio duci te, Reip. ſtudium. Sed facis, facieſque id ipſe ingenio tuo, quod natum, comparatumque ſcio bono publico. Vale igitur, Magnifice Domine, & nos ama. Reſponſum autem ad litteras expectabo ab Excelſiſſimo Domino Electore. Id ut quamprimum habeam peto abs te vehementer. Nam hoc ſolum me tenet: ne redeam vacuus ad Regem Chriſtianiſſimum, & animi veſtri ignarus. Iterum Vale, Francofurto 29. Septembris 1590.

Ad eundem.

MAgnifice Domine, Filium tuum hac tranſeuntem libenter vidi: litteras ei ad amicos in Italiam dedi: & vellem me majus quid eius, tuave causâ poſſe. Res noſtræ eo loco ſunt, ut gratificari amicis velimus quidem; ſed vix aliqua in re poſſimus. Succedent & aliæ rerum vices, DEO dante. Sed auxilia veſtra lenta: & rebus in præcipiti conſtitutis, parum apta. Scribo ad Illuſtriſſimum Veſtrum, ut habeam, quamprimum: hoc me ſolum moratur. Tu verò Vale. Francofurto, 22. Septembr. 1590.

AD ANONYMUM.

NObiliſſime & Ampliſſime Domine Salve. Liberos tuos reliqui Lutetiæ, circa initium Auguſti menſis ſalvos: & iis litteras ad te commiſi. Auctor iis fui Saumurium ſe conferendi, litterasque ad Illuſtrem Pleſſæum dedi. Aurelianis autem, quâ iter ipſis faciendum eſt; eos commendavi Domino Ancelio, quem nec ignotum tibi eſſe puto. Lutetiam venerunt rebus turbatiſſimis, quæ DEI ſumma, & admiranda benignitate neſcio quomodo ita compoſita, ut nihil hactenus eruperit gravius: itaque abitum è Gallia diſſuaſi, & ut Saumurium ſe conferant perſuaſi. Quid porrò nobis futurum ſit, pronunciare non poſſum, dubia ubique omnia video. Ieſuitarum apud nos auctoritas videtur vires reſumere; fatali inſaniâ eorum, quorum maxime intereſt, ſectæ nefariæ audaciam non tantum reprimi, ſed puniri etiam graviter. Iam in eo erant, ut Collegium, inſtaurarent Lutetiæ, & lectiones inciperent ſollemni die Kal. Octobr. volente Regina. Oppoſuit ſe Sorbona, & judicio Parlamenti res commiſſa, à quo inſtantibus vacationibus vindemialibus, poſt Martinalia iuſſi adeſſe. Adve-

Advenit eodem illo tempore, quo iſti negotium urgebant, Dux Feriæ, ab Hiſpano legatus extra ordinem, illius qui conjuratorum factionem Lutetiæ fovit poſtremo bello noſtro Civili, filius: qui vereor, ut novas turbas det. Cæterum cum Britanno & ordinibus, atque etiam Sabaudo fædera renovata. Sed nec hic de obitu Electoris Palatini optimi Principis certa omnia. Bipontinus defuncti teſtamento Adminiſtrationem aggreſſus eſt. Neuburgici filius Stutgarda ad nuntium mortis illius, miſſu patris Heydelbergam tendens, Durlacum usque pervenit, unde Marchionum Anſpacenſis & Badenſis authoritate perſuaſus, domum reverti, quam quicquam turbare maluit. Ego hiemem Hanoviæ tranſigere conſtitui, & me libris reddere. Tu ſi quid vis, impera, paratum me habebis ad omnia, quæ quidem præſtare tenuitas mea poterit. 1610.

G. M. LINGELSHEMIO.

Clariſſime & Ampliſſime Domine, In partem gaudii veſtri venio, & tuas legens intereſſe feſtivitatibus veſtris mihi uiſus ſum; Illis vero æternum bene ſit,

Pleſſenio imprimis noſtro. Lœffenii me morbus male habuit, ſed bene eſt, quod illi melius. Ego & valetudinis cauſa, quam ſane afflictam quotidie magis magisque experior, acidulas peto Griesbacenſes: ad aquas me, diluendo vino, damnarunt Medici. Ex aula ne verbulum quidem accepi â tertio huius menſis. Lutetiæ quid actum, cognoſces ex ſcedula adjuncta. Cauſam tam atrocis ſententiæ novam nullam video, niſi quod ille publice in partes Hiſpanorũ tranſiit; attamen laudo Senatus ſeveritatem, quâ velim Regis Clementiam temperari. Nec dubito, quin ex eo Moënius turbatior, & rerum ſuarum incertior; admonebit eum hæc ſententia, quid meruerit: Et ſi nihil aliud, jacentem conſcientiam excitabit. Sed currum ego conſcendo, & te amicosque iſtic omnes ſalvere jubeo. Argent. XIX. Iul. St. Novo.

CONRADO RITTERSHUSIO.

CLariſſime Domine, Hymnos abs te editos accepi à te, & habeo pro munere magnas gratias. Silerius cui Caſaubonus Characteres inſcripſit, ſemper

Ponti-

Pontificius fuit, itaque de eo accipiendum non eſt quod ille ſcribit. Quod de meo reditu in Galliam ſcribis, jamdudum ſane cupio liberari moleſtiſſimo hoc onere, ſed impetrare à Rege non poſſum; ſpero tamen ſub finem hyemis me mihi donatum iri, & publicis rebus, quas ubique adminiſtrant qui iis præfecti, turpiſſimè, dicturum longum Vale, & me mihi ipſi à DEO Principem fore. Vale & tu Vir doctiſſime. Francofurto .... Sept. 1601.

JOANNI MEURSIO.

PRæſtantiſſime Domine, Libellum tuum elegantem & doctum accepi cum epiſtola, quæ non lecta periit mihi negligentia pueri. Sed & pro libello & maxime pro illa tua in me conſtanti benevolentia tantum tibi debeo, quantum ſoluere me non poſſe, profiteor. In libello tuo, ut primùm aperui, primum incidi in caput ſecundum Auctoris & ad legendum, quamvis aliâs occupatum incitavit Epigraphe, & prima vox pagellæ, VIALES. Inſcriptio eſt Albæ Iuliæ in ædibus Principis, quæ olim fuerunt Epiſcopi:

Fortu-

Fortunæ
Reduci, Lari
viali, Romæ
æternæ,
Q. Axius Aelia-
nus, ve. proc.
Aug.
IONI.

Eam vidi & notavi ad res Hungaricas, cum Varronis loco, V. de L. L. Compital. dies attributus laribus, ut alibi. Nemo non videt, legendum Vialibus: quod olim adſcriptum oræ libri mei, cui debeam acceptum referre, neſcio: à me non eſſe ſcio. Vale Doctiſſime Vir, & me ama tuum Bongarſium. Francofurti 26. Septembris, 1601.

CUNRADO RITTERSHUSIO.

VIr Clariſſime, Apologiam tuam miſi ad Meliſſum, & ſpero redditam: curavi etiam litteras tuas in Galliam ad Mornæum, & alias ad Lectium. Quæ autem à Marnio recepi tua ad Schoppium, ea conjunxi libellulis novis, quos ex mercatu miſi Gentili noſtro. Hæc Schoppi verſio

redu-

reducit in memoriam Scriptum breve & luculentum, quod Monachus quidam Provincialis (ut vocant) S. Crucis, qui nupere tenebris Papiſticis, DEI gratia, ad nos conversus edit, id paucisſimarum pagellarum, opponi commode poſſet epiſtolæ Schoppianæ, ſolidum nempe ſcriptum, futili epiſtolæ: Sed Gallicum eſt, & unicum ad me exemplar pervenit, quod ad amicos emiſſum, vereor, ut vix ad me redeat: Videbo tamen, ut tibi aliud comparem, hoc ſi nobis perierit. Vale. 1601.

Idem

AD AMICUM.

NOn poſſum & ſentire ipſe ut graviſſimi, ita etiam juſtiſſimi doloris tui morſus; idque teſtari pauculis hiſce verbis volui. Pauculis, inquam, neque enim multis eſt interpellandus animus, domeſtico iſto gravi vulnere ſaucius. Ad cicatricem quiete faciliùs veniet, quam motu. Neque tu etiam medicaminibus noſtris onerandus videris, qui domi habeas promta parataque omnia, quæ aut hominum lumine naturę ducta ratio adinvenit; aut Dei benignitas cõſolandis

landis & erigendis afflictis ſubminiſtrat. Et ictus quidem ſuæ manus nos perſentire & ad eos commoveri, & per eos ipſi admoveri DEVS vult. Ita ut ſub potenti ſua manu abjectos, ipſe miſericordi dexterâ relevet. Sed cum cadentia circum nos omnia video, diſiectas Eccleſias, ruentia Imperia, non miror & nos noſtraque univerſitatis huius exiguas admodum particulas deperire. Laus DEO, qui idem nos in ſpem certam vitæ melioris produxit: & fide, contra omnes & Satanæ, & mundi, & vitæ huius impetus atque caſus, inſtruxit. Is & te privatim Spiritu ſuo confirmet, & jacturam hanc gravem gratiæ ſuæ bonis reſarciat. 1609. Argentinâ.

AD AMICUM.

PVblica tangere non poſſum niſi acri quodam doloris morſu. Et abſtineo ſanè ab iis quantum poſſum, meque quantum poſſum, immergo libris amicis olim meis. Abdere me in ſecreta loca & avia animus geſtit. Latere hîc inter meos non poſſum. Et pudet ſcelerum quæ produxit, producit fœda civilium bellorum lues. *Perimus Gobii ſpectantibus & otio-*

ſis;

ſis; imò in eadem illa ruentibus per qua perimus. Sed ſi perimus, perimus ſtantes aliquo modo certantesque. Et quis ferat ampliùs vir bonus faciem hanc Chriſtianæ Reipublicæ? *Noſtri publica res nimis ſanè negligentes, & ſua quique diligentes, neſcio quas quiſquilias movent, & de regni ſalute, tanquam in quieto portu, non tanquam in vaſto mari, & ventorum certantium flaminibus concuſſo, diſputant, &c.* Lutetiâ, 1604.

Idem

AD D. LINGELSHEMIUM, ELECT. PALAT. CONSIL. INTIMVM.

MAgno & variè implicito morbo laboramus, quos peperit nobis diuturnitas & atrocitas civilium bellorum: iis medicinam facere, niſi reſtituta pace, non poſſumus. Pacem reſtituere niſi DEVS, nemo poteſt. *Et qui convenire inter nos poteſt? Fragrantibus, ambitione & avaritiâ Procerum animis, licentiâ militari corruptis, & in ſua ruentibus?* Principum

cipum aliorum & opem & conſilium exquiſivi ſæpiùs fruſtrà. *Laborant & iſti per otium & deſidiam iiſdem penè quibus nos vitiis; nec mala ipſi ſua, aut noverunt, aut æſtimant.* Itaque ad portum illum confugio, certam & æternam DEI providentiam, certus ipſe, nihil accidere nobis poſſe, niſi volente ſummo illo, itidemque optimo Rectore &c. Lutetiâ 1604.

Idem

AD PEUCERUM.

DIuturnum ſilentium meum, excuſabit apud te diuturna peregrinatio. Pauca hæc ad te in otio in quod ipſe me vindicavi, ut ſcias Baſileæ, ſecretum abditumque tranſire hanc hyemem conſtituiſſe, procul negotiis, ſolutum miſerâ ambitione, gravique, ſuperba vitantem Potentiorum limina. Et quoniam vitam hic vivere, quam Poeta dilaudat ruſticam, non datur hoc tempore, libris otium oblectabor, fidis ſodalibus. Ideò autem hunc ſeceſſui locum delegi, quia alibi turba hominum me obruit. Sed hæc nihil ad rem *Scias*, Vir Reverende *eo eſſe loco publicas res Germaniæ, ut*

nia, ut niſi in unum Principes, (qui ut Veritatem religionis ſequerentur Pontifici renuntiarunt) conſpirent, magnum ſit a Romanis & Hiſpanicis artibus periculum: quod avertat benignus DEVS, & pacem certam firmamque reddat, ſervetque orbi Chriſtiano, &c. Baſileâ, 15. Septembris, 1609.

FINIS.

Digitized by Google

GEORGII MICHAELIS LINGELSHEMII EPISTOLÆ

Ad

JACOBUM BONGARSIUM.

EPISTOLA I.

AMpliſſime & Nobiliſſime Domine Salutem. Quas Gratias tibi agam de tam multis memorandis perſcriptis; communicavi ea cum noſtris, ij gratias habent quoque, & de Salute etiam dicta. Gaudeo ſpem ſupereſſe aliquam Patriæ meæ ſervandæ, ſemper ad Regiam Majeſtatem reſpexi, & ſpero legationem illam fructu non carituram. De vicinis Principibus mihi adhuc dubia multa, corrupta ſunt ferè conſilia omnia. Princeps meus ſub finem huius menſis diſcedet cum conjuge ad Heſſum Caſſellas, poſt & ad alios, Brunſuicenſem imprimis. Rediit, nudius quartus huc Comes Naſſovius Iohannes è Batavia, & adhuc apud nos eſt . . . . dicitur ab . . . . acriter increpatus in

Pleſſenio imprimis noſtro. Lœffenii me morbus male habuit, ſed bene eſt, quod illi melius. Ego & valetudinis cauſa, quam ſane afflictam quotidie magis magisque experior, acidulas peto Griesbacenſes: ad aquas me, diluendo vino, damnarunt Medici. Ex aula ne verbulum quidem accepi â tertio huius menſis. Lutetiæ quid actum, cognoſces ex ſcedula adjuncta. Cauſam tam atrocis ſententiæ novam nullam video, niſi quod ille publice in partes Hiſpanorũ tranſiit; attamen laudo Senatus ſeveritatem, quã velim Regis Clementiam temperari. Nec dubito, quin ex eo Moënius turbatior, & rerum ſuarum incertior; admonebit eum hæc ſententia, quid meruerit: Et ſi nihil aliud, jacentem conſcientiam excitabit. Sed currum ego conſcendo, & te amicosque iſtic omnes ſalvere jubeo. Argent. XIX. Iul. St. Novo.

CONRADO RITTERSHUSIO.

CLariſſime Domine, Hymnos abs te editos accepi à te, & habeo pro munere magnas gratias. Silerius cui Caſaubonus Characteres inſcripſit, ſemper Ponti-

Pontificius fuit, itaque de eo accipiendum non eſt quod ille ſcribit. Quod de meo reditu in Galliam ſcribis, jamdudum ſane cupio liberari moleſtiſſimo hoc onere, ſed impetrare à Rege non poſſum; ſpero tamen ſub finem hyemis me mihi donatum iri, & publicis rebus, quas ubique adminiſtrant qui iis præfecti, turpiſſimè, dicturum longum Vale, & me mihi ipſi à DEO Principem fore. Vale & tu Vir doctiſſime. Francofurto .... Sept. 1601.

JOANNI MEURSIO.

PRæſtantiſſime Domine, Libellum tuum elegantem & doctum accepi cum epiſtola, quæ non lecta periit mihi negligentia pueri. Sed & pro libello & maxime pro illa tua in me conſtanti benevolentia tantum tibi debeo, quantum ſoluere me non poſſe, profiteor. In libello tuo, ut primùm aperui, primum incidi in caput ſecundum Auctoris & ad legendum, quamvis aliâs occupatum incitavit Epigraphe, & prima vox pagellæ, VIALES. Inſcriptio eſt Albæ Iuliæ in ædibus Principis, quæ olim fuerunt Epiſcopi:

Fortu-

Fortunæ
Reduci, Lari
viali, Romæ
æternæ,
Q. Axius Aelia-
nus, ve. proc.
Aug.
IONI.

Eam vidi & notavi ad res Hungaricas, cum Varronis loco, V. de L. L. Compital. dies attributus laribus, ut alibi. Nemo non videt, legendum Vialibus: quod olim adſcriptum oræ libri mei, cui debeam acceptum referre, neſcio: à me non eſſe ſcio. Vale Doctiſſime Vir, & me ama tuum Bongarſium. Francofurti 26. Septembris, 1601.

CUNRADO RITTERSHUSIO.

VIr Clariſſime, Apologiam tuam miſi ad Meliſſum, & ſpero redditam: curavi etiam litteras tuas in Galliam ad Mornæum, & alias ad Lectium. Quæ autem à Marnio recepi tua ad Schoppium, ea conjunxi libellulis novis, quos ex mercatu miſi Gentili noſtro. Hæc Schoppi verſio redu-

reducit in memoriam Scriptum breve & luculentum, quod Monachus quidam Provincialis (ut vocant) S Crucis, qui nupere tenebris Papiſticis, D E I gratia, ad nos converſus edit, id paucisſimarum pagellarum, opponi commode poſſet epiſtolæ Schoppianæ, ſolidum nempe ſcriptum, futili epiſtolæ: Sed Gallicum eſt, & unicum ad me exemplar pervenit, quod ad amicos emiſſum, vereor, ut vix ad me redeat: Videbo tamen, ut tibi aliud comparem, hoc ſi nobis perierit, Vale. 1601.

Idem

AD AMICUM.

NOn poſſum & ſentire ipſe ut graviſſimi, ita etiam juſtiſſimi doloris tui morſus; idque teſtari pauculis hiſce verbis volui. Pauculis, inquam, neque enim multis eſt interpellandus animus, domeſtico iſto gravi vulnere ſaucius. Ad cicatricem quiete faciliùs veniet, quam motu. Neque tu etiam medicaminibus noſtris onerandus videris, qui domi habeas promta parataque omnia, quæ aut hominum lumine naturę ducta ratio adinvenit; aut Dei benignitas cõſolandis

landis & erigendis afflictis ſubminiſtrat. Et ictus quidem ſuæ manus nos perſentire & ad eos commoveri, & per eos ipſi admoveri DEVS vult. Ita ut ſub potenti ſua manu abjectos, ipſe miſericordi dexterâ relevet. Sed cum cadentia circum nos omnia video, diſiectas Eccleſias, ruentia Imperia, non miror & nos noſtraque univerſitatis huius exiguas admodum particulas deperire. Laus DEO, qui idem nos in ſpem certam vitæ melioris produxit: & fide, contra omnes & Satanæ, & mundi, & vitæ huius impetus atque caſus, inſtruxit. Is & te privatim Spiritu ſuo confirmet, & jacturam hanc gravem gratiæ ſuæ bonis reſarciat. 1609. Argentinâ.

AD AMICUM.

PVblica tangere non poſſum niſi acri quodam doloris morſu. Et abſtineo ſanè ab iis quantum poſſum, meque quantum poſſum, immergo libris amicis olim meis. Abdere me in ſecreta loca & avia animus geſtit. Latere hîc inter meos non poſſum. Et pudet ſcelerum quæ produxit, producit fœda civilium bellorum lues. *Perimus robis ſpectantibus & otio-*

ſis;

ſit; imò in eadem illa ruentibus per quæ perimus. Sed ſi perimus, perimus ſtantes aliquo modo certantesque. Et quis ferat ampliùs vir bonus faciem hanc Chriſtianæ Reipublicæ? *Noſtri publica res nimiùm ſanè negligentes, & ſua quiuque diligentes, neſcio quas quiſquilias movent, & de regni ſalute, tanquam in quieto portu, non tanquam in vaſto mari, & ventorum certantium fluminibus concuſſo, diſputant, &c.* Lutetiâ, 1604.

Idem

AD D. LINGELSHEMIUM, ELECT. PALAT. CONSIL. INTIMVM.

MAgno & variè implicito morbo laboramus, quos peperit nobis diuturnitas & atrocitas civilium bellorum: iis medicinam facere, niſi reſtituta pace, non poſſumus. Pacem reſtituere niſi DEVS, nemo poteſt. *Et qui convenire inter nos poteſt? Fragrantibus, ambitione & avaritiâ Procerum animis, licentiâ militari corruptis, & in ſua ruentibus?* Principum

cipum aliorum & opem & conſilium exquiſivi ſæpiùs fruſtrà. *Laborant & ii ſuper otium & deſidiam iiſdem penè quibus nos vitiis; nec mala ipſi ſua, aut noverunt, aut æſtimant.* Itaque ad portum illum confugio, certam & æternam DEI providentiam, certus ipſe, nihil accidere nobis poſſe, niſi volente ſummo illo, itidemque optimo Rectore &c. Lutetiâ 1604.

Idem

AD PEUCERUM.

Diuturnum ſilentium meum, excuſabit apud te diuturna peregrinatio. Pauca hæc ad te in otio in quod ipſe me vindicavi, ut ſcias Baſileæ, ſecretum abditumque tranſire hanc hyemem conſtituiſſe, procul negotiis, ſolutum miſerâ ambitione, gravique, ſuperba vitantem Potentiorum limina. Et quoniam vitam hic vivere, quam Poeta dilaudat ruſticam, non datur hoc tempore, libris otium oblectabor, fidis ſodalibus. Ideò autem hunc ſeceſſum locum delegi, quia alibi turba hominum me obruit. Sed hæc nihil ad rem *Scias*, Vir Reverende *eo eſſe loco publicas res Germaniæ, ut*

nia, ut niſi in unum Principes, (qui ut Veritatem religionis ſequerentur Pontifici renuntiarunt) conſpirent, magnum ſit à Romanis & Hiſpanicis artibus periculum: quod avertat benignus DEVS, & pacem certam firmamque reddat, ſervetque orbi Chriſtiano, &c. Baſileâ, 15. Septembris, 1609.

FINIS.

Digitized by Google

GEORGII MICHAELIS LINGELSHEMII EPISTOLÆ

Ad

JACOBUM BONGARSIUM.

Digitized by Google

GEORGII MICHAELIS LINGELSHEMII EPISTOLÆ

Ad

JACOBUM BONGARSIUM.

EPISTOLA I.

AMpliſſime & Nobiliſſime Domine Salutem. Quas Gratias tibi agam de tam multis memorandis perſcriptis; communicavi ea cum noſtris, ij gratias habent quoque, & de Salute etiam dicta. Gaudeo ſpem ſupereſſe aliquam Patriæ meæ ſervandæ, ſemper ad Regiam Majeſtatem reſpexi, & ſpero legationem illam fructu non carituram. De vicinis Principibus mihi adhuc dubia multa, corrupta ſunt ferè conſilia omnia. Princeps meus ſub finem huius menſis diſcedet cum conjuge ad Heſſum Caſſellas, poſt & ad alios, Brunſuicenſem imprimis. Rediit, nudius quartus huc Comes Naſſovius Iohannes è Batavia, & adhuc apud nos eſt . . . . dicitur ab . . . . acriter increpatus in

nuptiis . . . . : . . : , quod nimis propenderet ad Pontificios, & contrariam viam inſiſtat, quam avus tanta cum gloria feliciter inſtituerit, adeò ut etiam . . . . publicè defectionem imminere arguerint, aliaque, unde in lacrumas proruperit, & querelas; Ille domum reverſus delinivit . . . . . , ... , ut retractarit antè ſparſa. Grutero oſtendi litteras tuas, is gratias habet de cura hac tua: Symeonii obſervationes ſe habere dicit, cætera tuo commodo expectat. Quàm gaudeo Hochfelderum reſtitui, iſte facit certè maximi. Ego vero quando unquam agnoſcere potero tua in nos beneficia, qui munificentiam tuam etiam in patrem meum extendas; Largiter per hunc ipſius morbum muneribus pretioſis & convenientiſſimis eum proſecutus: ægrè mihi eſt quod referendæ gratiæ facultas deeſt. Deum comprecabor ut in te theſauros benedictionis ſuæ effundat, ac te valentem & florentem ſervet quam diutiſſime, Eccleſiæ ac Reipublicæ. Reſalutant te officioſiſſime collegæ mei & amici cæteri. Vale præſtantiſſime virorum & amicorum. Heidelbergæ, 6. Januarij 1600.

Tui obſervantiſſimus

Georgius Michael Lingelshemius.

II. Bi-

II.

Binas tuas xi. & xv. Februarij datas rectè cum multis memorandis accepi, & gratias habeo, præſertim de verſibus, quibus Scaliger ſe vindicavit, & quo Florens hominem inſectatus. Prælegi noſtris, quæ de malis, noſtra ſocordia adſcitis, liberè & prudenter diſſeris. De inſidiis opido Heusden ſtructis nihil aliud quàm quod abs te accepimus. . . . . per famulum . . . . , ... indicari curavit, ſe expectaturum . . . . quomodo eum . . . , . acceptorus ſit, & pro eo ſe . . . . retulit, dedit igitur litteras ad . . . . quibus explorat, ... Dominus Eiſenus nuper Francofurti non diſſimulavit Adminiſtratorem nihil opis aut conſilij, ad ſervandas res adferre: Ita omnia ubique miſera. Mihi novum erit, ſi . . . . . . inter ludicra quidquam ſerii tractabitur. Saxo invitatus erat, ſed excuſavit ſe. Quàm vellem adverſarios quoque rebus omiſſis quieti & voluptatibus indulgerent, ſed luemus aliquan-

 do hanc

do hanc ſecuritatem. Dux Carolus Bipontinus hic eſt, abit ad epulas natalitias fratris Otthenrici filii recens nati Sulzbachum. In iſtas res . . . . : Sed tollo querelas. Reſalutat te Socer, amicique, quos ſalute tua dignatus. Deus te ſervet incolumem. Vive, valeque decus ævi noſtri. Heidelbergæ, 8. Februarii 1600.

III.

PErgratum fuit nobis cognoſcere ex litteris tuis Regiæ Majeſtatis ardorem in juvandis rebus Argentoratenſibus, quæ certè ut liberè dicis maiori vicinis curæ eſſe debebant, ſed fatalia hæc videntur, & quamvis . . . . Argentoratenſis Senatus ad Adminiſtratorem miſit Kettenhemium, Stedelium, & Iuntham. Summa mandatorum fuit, cognoſcere quomodo exiſtiment Cardinalem adigi poſſe ad ſervanda pacta Sarburgiana, & petere ut reconcilietur Capitulo ſuo. Ille aliud non reſpondit, quam ſibi à patre iniunctum, ut exſpectaret iuſſa ulteriora: Sperare autem nihil moturum interea Cardinalem. Profecto videntur omnia conſpitare ad perniciem. Accipies, ut æſtimo, una litteras Senatu

natus noſtri, quibus nihil addo. De Sabaudo tecum exiſtimo, errare ipſum graviter in hoc negotio, confiſum acumini ſuo. Cautè Rex agit qui conatus hominis eludit. Princeps meus Caſſellis diſceſſurus erat 12. Februarii vel ad Brunſuicenſem vel ſi is nimis immerſus bellicis motibus, recta Deſſam ad Anhaltinum, quo invitatus ſollicitè Princeps, per Iohannem Erneſtum Principis fratrem. Huttenus quoque ad Principem venit ex aula Brandeburgica; Is refert Moſcos irruptione in Poloniam facta, exuſſiſſe pagos aliquot; cepiſſe Caſtella duo, ideo comitia Regni indicta, atque evocatos etiam Brandenburgicos. Lehendorfius ſcribit Florentia, conſtare Pontifici, & Cardinali Aldobrandino, de adventu VVirttembergici; quodque iter ingreſſurus, dixerit, ſe Pontificis perſonatos ludos ſpectare velle; Papam autem nihil moleſtiæ creaturum; liberum fore omnibus Proteſtantibus hoc anno adire Romam, præſertim Principibus. Cum ad Florentini ditionem adventaſſent, unus ex eius comitatu dixerat, eſſe inter ipſos unum S. Spiritus equitem: Magnus Dux ſuſpicatus de Duce Mercorio, miſit obviam Præfectum magnum ſuum AEneam Pium, qui eum acciperet ſollemniter: Sed Benninghauſius negavit quemquam adeſſe præter

E 3 nobi-

nobiles privatos, atque ita dimiſſi: notus tamen dicitur VVirtembergicus familiaribus Magni Ducis, & fore, aiunt, ut pro dignitate accipiatur. Caſſellis multa ludicra inſtituta, in iis etiam comœdia recitata à pueris nobilibus, in quibus & Comites fuerunt. Epilogus hortatus eſt Principes, ad cautiùs ſuſcipienda bella, & multa dixit in proteruiam & licentiam hodiernam militum: Egmondanus ab Alberto legatus, dicitur ſecuturus Electorem meum diſcedentem Caſſellis. A Cæſare hic legatus fuit VVamboldus, petiit, ut ad Deputatorum conventum ſuos mittat Princeps poſt Paſcha, itemque conſenſum ad conventionem cum VVirtembergico. Litteras Baroni Donano reddi curavi. Velim ſcire, num meas 8. huius datas acceperis, ſuſpicor inſidias meis litteris ſtrui. Reſalutat te ſocer meus & amici cæteri. Vive feliciſſimè vir magnifice. Heidelberga 14. Februarii 1600.

IV.

AD litteras tuas 17. datas, nihil eſt quod reponam, nam nullas Argentorato accepi, eò quod tabellarius per inundationes retentus dicatur, neq; etiam quidquam

quam accepimus à Principe meo, qui 12. huius diſceſſurus erat Caſſellis Mindam, ibique expectaturus ubi Brunſuicenſis conveniendi facultas futura poſt Deſſam iturus erat, quo invitatus ab Anhaltino. Salutem dixi abs te collegis, qui te reſalutant, ut & amici reliqui. Aulæ noſtræ Mareſchallus Landſchadius LXII. annos natos XIX. huius placida morte vitam hanc finiit, neſcio an notus tibi fuerit. Præfecturam geſſerat ſimul Mosbacenſem, dum familiares ipſum dormire exiſtimant, ferrea morte tenebatur. Polonus Comitia edixit, atque etiam Brandeburgicos ad ea evocavit, eò quod Moſcus irruptione facta, pagos complures exuſſiſſet & duo caſtella occupaſſet. Vive valeq; dulce decus meum. Heidelberga 21. Februarii 1600.

V.

TUas 11. Martii datas rectè accepi. Sollicitum me habet invaletudo tua, nec ſat præſidii in medicis, utinam uſus tabacci tibi tam ſalubris eſſet quàm mihi, ex quo enim, quando me eo pellit neceſſitas, uti eo cœpi, vix catarrhus ullus triduum me tenuit, omnibus ſuperfluis ac noxiis fumo illo extractis, aut ſiccatis. Socer meus pu-

blico abſtinere adhuc neceſſe habet, remittunt quandoque dolores brachii, ſed intenduntur poſt rurſus. Iraſcor negligentiæ meæ, qui non obſignatas miſerim, ſed bene habet, quod in manus tuas inciderunt. Spero publicè profecturum, ſi aperto Marte Hiſpanicis machinationibus reſiſtatur, nam ab illis nihil moderati exſpectandum; qui univerſi dominatum ſibi ſpondent. Anglicæ turbæ me ſollicitum valde habent, & vereor, ut in diſcrimine ſint ii quoque, quos colo & amo in illa gente. De prorogata Saxoni adminiſtratione, nihil nobis conſtat. Brandeburgicus Elector nulla circuitione verborum apertè diſſuadet Cæſari comitia, niſi gravaminibus Principum ſublatis, aliter diſputationibus inaniter tempus abiturum, nec Cæſarem impetraturum quidquam ab iſtis, qui querelis ſuis liberari antè velint; ceterùm conſenſum ad Comitia indicenda reiicit ad deliberationem cum collegis, atque etiam Provinciales ſuos, quando res in contributiones novas exitum habitura ſit. A Domino . . . . . habes hic litterulas, affixus lecto iacet vir optimus graviter afflictus, nam ante octiduum, cum in lectùm ſe contuliſſet noctu, & Bibliis Sacris ſumptis legere aliquid porrò vellet, lumine in ſcamno collocato, & bibula charta ſuppoſita,

poſita, ne quid ſevo commacularetur, ſomno abreptus fuit, nec evigilavit antè quàm ſcintilla de lychno in chartam collapſa, iam ſubuculam, & velum lecticæ flammâ imbuiſſet, arſit & ſtatim ſponda, ille territus, manibus pedibusq; diripere alimenta ignis conatus, auxilio alio omni deſtitutus vix compeſcuit flammam, lacunaria iam lambentem, implorato tandem vigilum auxilio incendium intra conclave omne ſopitum: Cæterum dextra manus omnis ambuſta, & cuti omni nudata, ſpes tamen nervos nil damni accepiſſe, pes item unus quo nudo conculcare & opprimere flammas ſatagebat, eodem modo ambuſtus, genu alterum, & ſiniſtra quoque noxæ aliquid accepit, ingentes dolores ſuſtinuit, ſed graviores in mente, veritus abſentis Principis iram; ſed placidiſſime Princeps ſolatus eſt, & ipſe inviſit decumbentem eo quo advenit die, & edixit ut ſummâ cura valetudinis & medelæ ratio haberetur. Iam melius habet, & dolores remiſerunt. Acerbus mihi certè hic amici & viri optimi caſus. Siniſtra ait ſe ad tuas reſcripſiſſe, quas iam mitto. Perſcriptum ad nos, Fremum tranſiiſſe & fore ut ad Venetos legatus abeat. Nondum fidem adhibeo, & dolebo vehementer, ſi vir iſte eò inſaniæ devenit, ut dum honores ambit, apud bonos

nuptiis . . . . : . . : , quod nimis propenderet ad Pontificios, & contrariam viam inſiſtat, quam avus tanta cum gloria feliciter inſtituerit, adeò ut etiam . . . . publicè defectionem imminere arguerint, aliaque, unde in lacrumas proruperit, & querelas; Ille domum reverſus delinivit . . . . , ut retractarit antè ſparſa. Grutero oſtendi litteras tuas, is gratias habet de cura hac tua: Symeonii obſervationes ſe habere dicit, cætera tuo commodo expectat. Quàm gaudeo Hochfelderum reſtitui, is te facit certè maximi. Ego verò quando unquam agnoſcere potero tua in nos beneficia, qui munificentiam tuam etiam in patrem meum extendas; Largiter per hunc ipſius morbum muneribus pretioſis & convenientiſſimis eum proſecutus: ægrè mihi eſt quod referendæ gratiæ facultas deeſt. Deum comprecabor ut in te theſauros benedictionis ſuæ effundat, ac te valentem & florentem ſervet quam diutiſſime, Eccleſiæ ac Reipublicæ. Reſalutant te officioſiſſime collegæ mei & amici cæteri. Vale præſtantiſſime virorum & amicorum. Heidelberga, 6. Januarij 1600.

Tui obſervantiſſimus

Georgius Michael Lingelshemius.

II. Bi-

II.

BInas tuas XI. & XV. Februarij datas rectè cum multis memorandis accepi, & gratias habeo, præſertim de verſibus, quibus Scaliger ſe vindicavit, & quo Florens hominem inſectatus. Prælegi noſtris, quæ de malis, noſtra ſocordia adſcitis, liberè & prudenter diſſeris. De inſidiis opido Heusden ſtructis nihil aliud quàm quod abs te accepimus. . . . . per famulum . . . . , . . . indicari curavit, ſe expectaturum . . . . quomodo eum . . . . acccepturus ſit, & pro eo ſe . . . . retulit, dedit igitur litteras ad . . . . quibus explorat, ... Dominus Eiſenus nuper Francofurti non diſſimulavit Adminiſtratorem nihil opis aut conſilij, ad ſervandas res adferre: Ita omnia ubique miſera. Mihi novum erit, ſi . . . . . inter ludicra quidquam ſerii tractabitur. Saxo invitatus erat, ſed excuſavit ſe. Quàm vellem adverſarios quoque rebus omiſſis quieti & voluptatibus indulgerent, ſed luemus aliquando hanc

do hanc ſecuritatem. Dux Carolus Bipontinus hic eſt, abit ad epulas natalitias fratris Otthenrici filii recens nati Sulzbachum. In iſtas res . . . . : Sed tollo querelas. Reſalutat te Socer, amicique, quos ſalute tua dignatus. Deus te ſervet incolumem. Vive, valeque decus ævi noſtri. Heidelbergæ, 8. Februarii 1600.

III.

PErgratum fuit nobis cognoſcere ex litteris tuis Regiæ Majeſtatis ardorem in juvandis rebus Argentoratenſibus, quæ certè ut liberè dicis maiori vicinis curæ eſſe debebant, ſed fatalia hæc videntur, & quamvis . . . . Argentoratenſis Senatus ad Adminiſtratorem miſit Kettenhemium, Stedelium, & Iuntham. Summa mandatorum fuit, cognoſcere quomodo exiſtiment Cardinalem adigi poſſe ad ſervanda pacta Sarburgiana, & petere ut reconcilietur Capitulo ſuo. Ille aliud non reſpondit, quam ſibi à patre iniunctum, ut exſpectaret iuſſa ulteriora: Sperare autem, nihil moturum interea Cardinalem. Profecto videntur omnia conſpitare ad perniciem. Accipies, ut æſtimo, una litteras Senatus

natus noſtri, quibus nihil addo. De Sabaudo tecum exiſtimo, errare ipſum graviter in hoc negotio, confiſum acumini ſuo. Cautè Rex agit qui conatus hominis eludit. Princeps meus Caſſellis diſceſſurus erat 12. Februarii vel ad Brunſuicenſem vel ſi is nimis immerſus bellicis motibus, recta Deſſam ad Anhaltinum, quo invitatus ſollicitè Princeps, per Iohannem Erneſtum Principis fratrem. Huttenus quoque ad Principem venit ex aula Brandeburgica; Is refert Moſcos irruptione in Poloniam facta, exuſſiſſe pagos aliquot; cepiſſe Caſtella duo, ideo comitia Regni indicta, atque evocatos etiam Brandenburgicos. Lehendorfius ſcribit Florentia, conſtare Pontifici, & Cardinali Aldobrandino, de adventu V. Virttembergici; quodque iter ingreſſurus, dixerit, ſe Pontificis perſonatos ludos ſpectare velle; Papam autem nihil moleſtiæ creaturum; liberum fore omnibus Proteſtantibus hoc anno adire Romam, præſertim Principibus. Cum ad Florentini ditionem adventaſſent, unus ex eius comitatu dixerat, eſſe inter ipſos unum S. Spiritus equitem: Magnus Dux ſuſpicatus de Duce Mercorio, miſit obviam Præfectum magnum ſuum AEneam Pium, qui eum acciperet ſollemniter: Sed Benninghauſius negavit quemquam adeſſe præter

nobiles privatos, atque ita dimiſſi: notus tamen dicitur VVirtembergicus familiaribus Magni Ducis, & fore, aiunt, ut pro dignitate accipiatur. Caſſellis multa ludicra inſtituta, in iis etiam comœdia recitata à pueris nobilibus, in quibus & Comites fuerunt. Epilogus hortatus eſt Principes, ad cautiùs ſuſcipienda bella, & multa dixit in proteruiam & licentiam hodiernam militum: Egmondanus ab Alberto legatus, dicitur ſecuturus Electorem meum diſcedentem Caſſellis. A Cæſare hic legatus fuit VVamboldus, petiit, ut ad Deputatorum conventum ſuos mittat Princeps poſt Paſcha, itemque conſenſum ad conventionem cum VVirtembergico. Litteras Baroni Donano reddi curavi. Velim ſcire, num meas 8. huius datas acceperis, ſuſpicor inſidias meis litteris ſtrui. Reſalutat te ſocer meus & amici cæteri. Vive feliciſſimè vir magnifice. Heidelberga 14. Februarii 1600.

IV.

AD litteras tuas 27. datas, nihil eſt quod reponam, nam nullas Argentorato accepi, eò quod tabellarius per inundationes retentus dicatur, neq; etiam quidquam

quam accepimus à Principe meo, qui 12. huius diſceſſurus erat Caſſellis Mindam, ibique expectaturus ubi Brunſuicenſis conveniendi facultas futura poſt Deſſàm iturus erat, quo invitatus ab Anhaltino. Salutem dixi abs te collegis, qui te reſalutant, ut & amici reliqui. Aulæ noſtræ Mareſchallus Landſchadius LXII. annos natos XIX. huius placida morte vitam hanc finiit, neſcio an notus tibi fuerit. Præfecturam geſſerat ſimul Mosbacenſem, dum familiares ipſum dormire exiſtimant, ferrea morte tenebatur. Polonus Comitia edixit, atque etiam Brandeburgicos ad ea evocavit, eò quod Moſcus irruptione facta, pagos complures exuſſiſſet & duo caſtella occupaſſet. Vive valeq; dulce decus meum. Heidelberga 21. Februarii 1600.

V.

TVas 11. Martii datas rectè accepi. Sollicitum me habet invaletudo tua, nec ſat præſidii in medicis, utinam uſus tabacci tibi tam ſalubris eſſet quàm mihi, ex quo enim, quando me eo pellit neceſſitas, uti eo cœpi, vix catarrhus ullus triduum me tenuit, omnibus ſuperfluis ac noxiis fumo illo extractis, aut ſiccatis. Socer meus pu-

blico abſtinere adhuc neceſſe habet, remittunt quandoque dolores brachii, ſed intenduntur poſt rurſus. Iraſcor negligentiæ meæ, qui non obſignatas miſerim, ſed bene habet, quod in manus tuas inciderunt. Spero publicè profecturum, ſi aperto Marte Hiſpanicis machinationibus reſiſtatur, nam ab illis nihil moderati exſpectandum, qui univerſi dominatum ſibi ſpondent. Anglicæ turbæ me ſollicitum valde habent, & vereor, ut in diſcrimine ſint ii quoque, quos colo & amo in illa gente. De prorogata Saxoni adminiſtratione, nihil nobis conſtat. Brandeburgicus Elector nulla circuitione verborum apertè diſſuadet Cæſari comitia, niſi gravaminibus Principum ſublatis, aliter diſputationibus inaniter tempus abiturum, nec Cæſarem impetraturum quidquam ab iſtis, qui querelis ſuis liberari antè velint; ceterùm conſenſum ad Comitia indicenda reiicit ad deliberationem cum collegis, atque etiam Provinciales ſuos, quando res in contributiones novas exitum habitura ſit. A Domino . . . . . habes hic litterulas, affixus lecto iacet vir optimus graviter afflictus, nam ante octiduum, cum in lectùm ſe contuliſſet noctu, & Bibliis Sacris ſumptis legere aliquid porrò vellet, lumine in ſcamno collocato, & bibula charta ſup-

poſita,

poſita, ne quid ſevo commacularetur, ſomno abreptus fuit, nec evigilavit antè quàm ſcintilla de lychno in chartam collapſa, iam ſubuculam, & velum lecticæ flammâ imbuiſſet, arſit & ſtatim ſponda, ille territus, manibus pedibusq; diripere alimenta ignis conatus, auxilio alio omni deſtitutus vix compeſcuit flammam, lacunaria iam lambentem, implorato tandem vigilum auxilio incendium intra conclave omne ſopitum: Cæterum dextra manus omnis ambuſta, & cuti omni nudata, ſpes tamen nervos nil damni accepiſſe, pes item unus quo nudo conculcare & opprimere flammas ſatagebat, eodem modo ambuſtus, genu alterum, & ſiniſtra quoque noxæ aliquid accepit, ingentes dolores ſuſtinuit, ſed graviores in mente, veritus abſentis Principis iram; ſed placidiſſime Princeps ſolatus eſt, & ipſe inviſit decumbentem eo quo advenit die, & edixit ut ſummâ cura valetudinis & medelæ ratio haberetur. Iam melius habet, & dolores remiſerunt. Acerbus mihi certè hic amici & viri optimi caſus. Siniſtra ait ſe ad tuas reſcripſiſſe, quas iam mitto. Perſcriptum ad nos, Fremum tranſiiſſe & fore ut ad Venetos legatus abeat. Nondum fidem adhibeo, & dolebo vehementer, ſi vir iſte eò inſaniæ devenit, ut dum honores ambit, apud bonos

ſummam infamiam incurrat Tabellarius Reinhuſanus., Francofurto rediens, ante quinque dies occiſus eſt, non procul à pago Loſſem. qui ad noſtram ripam obiacet Spiræ: repertus eſt inter vepres,& litteræ omnes ipſi ademptæ erant, ut ſuſpicio, ideò necatum; anne forte Comitum illorum duorum, qui iam tam miſerè deſeruntur & opprimuntur, litteris illæ inſidiæ ſtructæ? metuo autem ut & abs te litteræ fuerint) Cædes facta in Spirenſis Epiſcopi ditione. Gratias habeo maximas, quod tua auctoritate tandem obtenta tabella. Mitto libellum iam, miſſurus plura exempla pro amicis tuis, ſi tanti. & aveo cognoſcere, quid Mercerus, quem ego maximi facio, de mea audacia ſentiat, noſtri librorum compactores inepti valde,ſpero nitidius ligata me obtenturum. Socer meus valetudinem rectam tibi optat, qua ipſe adhuc deſtituitur: iuſſus eſt à Comite Mansfeldio, ſuas ad ipſum tibi commendare litteras. Valetudini tuæ unicè inſervi, & cum itineris moleſtias ſuſtinere poteris quæſo hoſpitiolum noſtrum ne dedignato. Crede mihi, omnino nulli moleſtiæ fuiſti uxori meæ,ſed adeò omnibus meis carus es, ut infantes mei balbutiant nomen tuum crebrò, & reditum tuum expectent expetant. Deus te reſtituat. & ſervet incolumem

mem Eccleſiæ & Reipublicæ. Vale magnifice Domine. Heidelbergæ poſtridie natalis Principis mei 6. Martij 1600.

P. S.

ARchidux Maximilianus rediit Mergethemum. Daniæ Regis legatus Barnecovius in Poloniam profectus eſt, ut Brandeburgicis adeſſet. comitatum habuit centum equorum, & tubicines, tympaniſtamque ſecum duxit. Angla neminem miſit, nimis neglectim habita, cum litteræ Brandeburgicæ tantùm miſſæ fuerint per ordinarios tabellarios, nec quiſquam eſſet qui reſponſum urgeret.

VI.

EXhibui in Senatu exemplum litterarum ad te Marchionis Onolsbachici, de quo gratiæ tibi aguntur, ut & de narratione, quæ Principem Condæum attinet. Reſalutant te collegæ mei, & cupiunt, ut tuo commodo, quæ à Rege in mandatis habes, vel coràm, vel per litteras exponas. Meminimus te id antea nomine Regiæ Majeſtatis pollicitum, ut & de nuptiis Regis, de quibus

pervulgatæ Italorum narrationes, iam non dubitant amplius. Socer meus lente nimis reſtituitur,aura iſta incommodior novas defluxiones movet, neque adhuc in publicum prodire potuit:inde fit ut hactenus nulla mihi evadendi ſpes aut occaſio, ac pænè depoſui mentem hoc tempore te incommodandi, quamquam durum mihi ſuavitate illa, quam animo præceperam carere. Athanaſij pars prior dicebatur proditura his nundinis, ſed titulus abſolui nondum potuit, eò fit quod librum illum nondum per me habes. De Principe meo nihil interea habuimus. Eduardus Fortunatus Marchio Badenſis Crucenacum advenit 3. Martij cum conjuge ſua, inde ibat Kirchbergam, quod opidum itidem ipſi cum Electore commune. magno numero milites ex Moguntino agro decurrunt Lucemburgum verſus Hiſpano ſerrituri. Si vera quæ de Fuentano & Adelantado, ingruet & illis mutatio ſimilis eius quæ in Anglia. De . . . . aiunt, mentem eius alienatam, adeò ut triduum ignaris omnibus ſub ſummo tecto latuerit, addunt eum angi amiſsâ . . . . , & alienatis . . . . , Cancellarius Archiepiſcopo Primario dicitur exprobaſſe tractatum cum Maximiliano Archiduce in detrimentum Regni, ille contra ingeſſit, Cancellarium

cum

cum Cardinali Battorio miſcuiſſe Chriſtiano orbi noxia conſilia. Cædes etiam dicitur facta inter factioſos, & occubuiſſe XV. plus minus. Adminiſtrator die Dominica prandit non invitatus in tribu Conſulis, per potatum largiter, & acroama præcipuum fuit cantus foſſorum metallicorum. Advenit Argentoratum Doctor Gliſſinus ex aula Cæſaris, quo miſſus fuerat ab hero ſuo Duce Lotharingiæ, quid ferat, ignorabatur. Meliſſus noſter die Dominica oppreſſus fuit catarrho, & tuſſi, ut actum de vita ſua exiſtimaret, iam ſe recolligit paullatim, & evaſit periculum. Quod Cæſari gratiæ actæ à Principibus de redditione opidi Reez, nihil nobis conſtat, niſi forte id factum in legatione, quam ad Cæſarem miſit Circulus Saxonicus inferior, cui etiam ſuos adiunxit Brunſuicenſis, non quod legatio ipſi valde grata eſſet, ſed quod ſuis remotis, plura auderent cæteri. Socer meus te officioſiſſimè reſalutat, ut & Gernandus, qui anxius de filii valetudine, cui vires in dies ex tabe deficiunt. Deus te ſervet incolumem & valentem Magnifice Domine. Heidelbergæ 12. Martij, 1600.

tamen ſcire quosnam aureolo munere hoc cohoneſtari velis. Compellatio tua Ancelij profectò inſignis, & convenienter ætati noſtræ, utinam tandem veternum excutiant homines. Sed quid dicam? ad conduplicatas & iteratas aſſiduè tuas liberalitates erga me aliud, quam infelicem me eſſe, qui referendæ gratiæ facultate deſtituar. Sperabam indicium aliquod ſtudii mei futurum in Athanaſio, tandem obtinui nitidius exemplum, ſed ſine indice, & cum frontiſpicio non ſatis conveniente, ut necdum honeſtè offerri aut compingi poſſit, & tamen audio diſtractam libri partem iam editam. Vtinam feliciter conficiatur Cartuſianum negotium, & benè ſperant noſtri, nam à Lobbetio, Hochfelderoque litteras accepi, quibus ſignificant, te adventurum, & Regis opera per Lotharingum delinitos Molshemenſes Monachos. Leſieriusad me quoque dedit litteras, eiusdem pæne quo ad te argumenti, & addit Anglam conveniſſe cum Dano, ut controverſiæ per deputatos utrimque cognoſcantur & componantur. De Moſchi legatione aliud non habemus; quàm Pilſenum acceſſitam eam nuper Egrâ; de Maximiliano nihil interea, ex quo Mergethemo abiit. Sed heri ad Illuſtriſſimum Principem meum litteræ venerunt à Michaele datæ

Albæ

Albæ Iuliæ 1. Februarii quibus dicit, ſe iam ſeptennium, poſtquam ab infidelium ſocietate receſſit, fortiter & feliciter pugnare contra Chriſtianorum hoſtem: Sed non ſufficere Cæſaris Majeſtatem auxiliis neceſſariis mittendis, opus eſſe pecunia, pudere & pigere tandem debere Chriſtianos Principes, quod tamdiu iugulum Turcicæ immanitati præbeant, & petit ut Princeps, aliique largiter pecuniam ſubminiſtrent: ſubſcriptio horridâ plane & militari manu expreſsa notis illis ipſis, quæ etiam in ſigillo, his nempe t ιωMHXAHAb BOιBOAA. A Principe meo nihil interea habuimus litterarum, & ſperamus ipſum in reditu eſſe; litteras tuas exhibui in Senatu, gratiæ tibi habentur de ſtudio. Quod Billius miſſus, iuſſu id factum, & habet ea res incommoditatem, quam notas, poterat res ſine tanto conatu aliter cognoſci. Cancellarius noſter Eberbachius heri huc rediit. Tuum ſtudium iam prædicatum Principi, in avertendo Rege, obſecrando, quo avertat tranſitum militum ab iſtis ditionibus, de oculorum dolore queritur, domoque ſe continet. Reſalutat te officioſiſſimè Socer, amicique. Sed patere, quæſo, onus tibi imponi, Magnifico Domino Ancelio me commendandi, veneror ipſum, & colo inter primos, cupidiſſimus ipſi

nobiles privatos, atque ita dimiſſi: notus tamen dicitur VVirtembergicus familiaribus Magni Ducis, & fore, aiunt, ut pro dignitate accipiatur. Caſſellis multa ludicra inſtituta, in iis etiam comœdia recitata à pueris nobilibus, in quibus & Comites fuerunt. Epilogus hortatus eſt Principes, ad cautiùs ſuſcipienda bella, & multa dixit in proteruiam & licentiam hodiernam militum: Egmondanus ab Alberto legatus, dicitur ſecuturus Electorem meum diſcedentem Caſſellis. A Cæſare hic legatus fuit VVamboldus, petiit, ut ad Deputatorum conventum ſuos mittat Princeps poſt Paſcha, itemque conſenſum ad conventionem cum VVirtembergico. Litteras Baroni Donano reddi curavi. Velim ſcire, num meas 8. huius datas acceperis, ſuſpicor inſidias meis litteris ſtrui. Reſalutat te ſocer meus & amici cæteri. Vive feliciſſimè vir magnifice. Heidelberga 14. Februarii 1600.

IV.

AD litteras tuas 17. datas, nihil eſt quod reponam, nam nullas Argentorato accepi, eò quod tabellarius per inundationes retentus dicatur, neq; etiam quid-

quam

quam accepimus à Principe meo, qui 12. huius diſceſſurus erat Caſſellis Mindam, ibique expectaturus ubi Brunſuicenſis conveniendi facultas futura poſt Deſſam iturus erat, quo invitatus ab Anhaltino. Salutem dixi abs te collegis, qui te reſalutant, ut & amici reliqui. Aulæ noſtræ Mareſchallus Landſchadius LXII. annos natos XIX. huius placida morte vitam hanc finiit, neſcio an notus tibi fuerit. Præfecturam geſſerat ſimul Mosbacenſem, dum familiares ipſum dormire exiſtimant, ferrea morte tenebatur. Polonus Comitia edixit, atque etiam Brandeburgicos ad ea evocavit, eò quod Moſcus irruptione facta, pagos complures exuſſiſſet & duo caſtella occupaſſet. Vive valeq; dulce decus meum. Heidelberga 21. Februarii 1600.

V.

TVas 11. Martii datas rectè accepi. Sollicitum me habet invaletudo tua, nec ſat præſidii in medicis, utinam uſus tabacci tibi tam ſalubris eſſet quàm mihi, ex quo enim, quando me eo pellit neceſſitas, uti eo cœpi, vix catarthus ullus triduum me tenuit, omnibus ſuperfluis ac noxiis fumo illo extractis, aut ſiccatis. Socer meus pu-

blico abſtinere adhuc neceſſe habet,remittunt quandoque dolores brachii, ſed intenduntur poſt rurſus. Iraſcor negligentiæ meæ,qui non obſignatas miſerim, ſed bene habet, quod in manus tuas inciderunt. Spero publicè profecturum, ſi aperto Marte Hiſpanicis machinationibus reſiſtatur, nam ab illis nihil moderati exſpectandum; qui univerſi dominatum ſibi ſpondent. Anglicæ turbæ me ſollicitum valde habent,& vereor, ut in diſcrimine ſint ii quoque,quos colo & amo in illa gente. De prorogata Saxoni adminiſtratione, nihil nobis conſtat. Brandeburgicus Elector nulla circuitione verborum apertè diſſuadet Cæſari comitia, niſi gravaminibus Principum ſublatis, aliter diſputationibus inaniter tempus abiturum, nec Cæſarem impetraturum quidquam ab iſtis, qui querelis ſuis liberari antè velint; ceterùm conſenſum ad Comitia indicenda reiicit ad deliberationem cum collegis, atque etiam Provinciales ſuos, quando res in contributiones novas exitum habitura ſit. A Domino . . . . . . habes hic litterulas, affixus lecto iacet vir optimus graviter afflictus, nam ante octiduum, cum in lectùm ſe contuliſſet noctu, & Bibliis Sacris ſumptis legere aliquid porrò vellet, lumine in ſcamno collocato, & bibula charta ſup-
poſita,

poſita, ne quid ſevo commacularetur, ſomno abreptus fuit, nec evigilavit antè quàm ſcintilla de lychno in chartam collapſa, iam ſubuculam, & velum lecticæ flammâ imbuiſſet, arſit & ſtatim ſponda, ille territus, manibus pedibusq; diripere alimenta ignis conatus, auxilio alio omni deſtitutus vix compeſcuit flammam, lacunaria iam lambentem, implorato tandem vigilum auxilio incendium intra conclave omne ſopitum: Cæterum dextra manus omnis ambuſta, & cuti omni nudata, ſpes tamen nervos nil damni accepiſſe, pes item unus quo nudo conculcare & opprimere flammas ſatagebat, eodem modo ambuſtus, genu alterum, & ſiniſtra quoque noxæ aliquid accepit, ingentes dolores ſuſtinuit, ſed graviores in mente, veritus abſentis Principis iram; ſed placidiſſime Princeps ſolatus eſt, & ipſe inviſit decumbentem eo quo advenit die, & edixit ut ſummâ cura valetudinis & medelæ ratio haberetur. Iam melius habet, & dolores remittunt. Acerbus mihi certè hic amici & viri optimi caſus. Siniſtra ait ſe ad tuas reſcripſiſſe, quas iam mitto. Perſcriptum ad nos, Frenium tranſiiſſe & fore ut ad Venetos legatus abeat. Nondum fidem adhibeo, & dolebo vehementer, ſi vir iſte eò inſaniæ devenit, ut dum honores ambit, apud bonos

ſummam infamiam incurrat Tabellarius Reinhuſanus, Francofurto rediens, ante quinque dies occiſus eſt, non procul à pago Loſſem, qui ad noſtram ripam obiacet Spiræ: repertus eſt inter vepres, & litteræ omnes ipſi ademptæ erant, ut ſuſpicio, ideò necatum; anne forte Comitum illorum duorum, qui iam tam miſerè deſeruntur & opprimuntur, litteris illæ inſidiæ ſtructæ? metuo autem ut & abs te litteræ fuerint) Cædes facta in Spirenſis Epiſcopi ditione. Gratias habeo maximas, quod tua auctoritate tandem obtenta tabella. Mitto libellum iam, miſſurus plura exempla pro amicis tuis, ſi tanti. & aveo cognoſcere, quid Mercerus, quem ego maximi facio, de mea audacia ſentiat, noſtri librorum compactores inepti valde, ſpero nitidius ligata me obtenturum. Socer meus valetudinem rectam tibi optat, qua ipſe adhuc deſtituitur: iuſſus eſt à Comite Mansfeldio, ſuas ad ipſum tibi commendare litteras. Valetudini tuæ unicè inſervi, & cum itineris moleſtias ſuſtinere poteris quæſo hoſpitiolum noſtrum ne dedignato. Crede mihi, omnino nulli moleſtiæ fuiſti uxori meæ, ſed adeò omnibus meis carus es, ut infantes mei balbutiant nomen tuum crebrò, & reditum tuum expectent expetant. Deus te reſtituat, & ſervet incolu-

mem

mem Eccleſiæ & Reipublicæ. Vale magnifice Domine. Heidelbergæ poſtridie natalis Principis mei 6. Martij 1600.

P. S.

ARchidux Maximilianus rediit Mergethemum. Daniæ Regis legatus Barnecovius in Poloniam profectus eſt, ut Brandeburgicis adeſſet. comitatum habuit centum equorum, & tubicines, tympaniſtamque ſecum duxit. Angla neminem miſit, nimis neglectim habita, cum litteræ Brandeburgicæ tantùm miſſæ fuerint per ordinarios tabellarios, nec quiſquam eſſet qui reſponſum urgeret.

VI.

EXhibui in Senatu exemplum litterarum ad te Marchionis Onolsbachici, de quo gratiæ tibi aguntur, ut & de narratione, quæ Principem Condæum attinet. Reſalutant te collegæ mei, & cupiunt, ut tuo commodo, quæ à Rege in mandatis habes, vel coràm, vel per litteras exponas. Meminimus te id antea nomine Regiæ Majeſtatis pollicitum, ut & de nuptiis Regis, de quibus

pervulgatæ Italorum narrationes, iam non dubitant amplius. Socer meus lente nimis reſtituitur,aura iſta incommodior novas defluxiones movet, neque adhuc in publicum prodire potuit:inde fit ut hactenus nulla mihi evadendi ſpes aut occaſio, ac pænè depoſui mentem hoc tempore te incommodandi, quamquam durum mihi ſuavitate illa, quam animo præceperam carere. Athanaſij pars prior dicebatur proditura his nundinis, ſed titulus abſolui nondum potuit, eò fit quod librum illum nondum per me habes. De Principe meo nihil interea habuimus. Eduardus Fortunatus Marchio Badenſis Crucenacum advenit 3. Martij cum conjuge ſua, inde ibat Kirchbergam, quod opidum itidem ipſi cum Electore commune. magno numero milites ex Moguntino agro decurrunt Lucemburgum verſus Hiſpano ſervituri. Si vera quæ de Fuentano & Adelantado, ingruet & illis mutatio ſimilis eius quæ in Anglia. De . . . . aiunt, mentem eius alienatam, adeò ut triduum ignaris omnibus ſub ſummo tecto latuerit, addunt eum angi amiſsâ . . . . , & alienatis . . . . , Cancellarius Archiepiſcopo Primario dicitur exprobaſſe tractatum cum Maximiliano Archiduce in detrimentum Regni, ille contra ingeſſit, Cancellarium

cum

cum Cardinali Battorio miſcuiſſe Chriſtiano orbi noxia conſilia. Cædes etiam dicitur facta inter factioſos, & occubuiſſe XV. plus minus. Adminiſtrator die Dominica prandit non invitatus in tribu Conſulis, per potatum largiter, & acroama præcipuum fuit cantus foſſorum metallicorum. Advenit Argentoratum Doctor Gliſſinus ex aula Cæſaris, quo miſſus fuerat ab hero ſuo Duce Lotharingiæ, quid ferat, ignorabatur. Meliſſus noſter die Dominica oppreſſus fuit catarrho, & tuſſi, ut actum de vita ſua exiſtimaret, iam ſe recolligit paullatim, & evaſit periculum. Quod Cæſari gratiæ actæ à Principibus de redditione opidi Reez, nihil nobis conſtat, niſi forte id factum in legatione, quam ad Cæſarem miſit Circulus Saxonicus inferior, cui etiam ſuos adiunxit Brunſuicenſis, non quod legatio ipſi valde grata eſſet, ſed quod ſuis remotis, plura auderent cæteri. Socer meus te officioſiſſimè reſalutat, ut & Gernandus, qui anxius de filii valetudine, cui vires in dies ex tabe deficiunt. Deus te ſervet incolumem & valentem Magnifice Domine. Heidelberga 12. Martij, 1600.

VII.

LItteras tuas cum iis quas ad Senatum noſtrum dediſti rectè accepi, cum aureolo libello Rigaltii, nihil eſt, quod referam. Eodem die à Principe meo litteræ advenerunt datæ 8. Martij Deſſaviæ, ubi Baptiſmi ſollemnia peracta ipſo natali Principis mei, & nomen recens nato Principi impoſitum Friderici Mauritii, nam Landgravius ipſe adfuit, præceſſitque Principem meum Torgam, quo venturus erat herus meus XII. huius, invitatus ab Adminiſtratore Saxone, qui etiam deſignatum Electorem fratresque Dreſda evocavit, cum mater ipſorum ad affinis ſui Iohannis Friderici Pomeraniæ Ducis ſepulturam profecta ſit. Inde cogitat Princeps rectà domum huc reverti. Legationem miſit Elector Brandeburgicus ſuper Epiſcopatu Argentinenſi ad Cæſarem, & Princeps meus rogatus, de ſuis addidit quemdam ex conſiliariis Ambergicis, incertum, quis ex tribus deſignatis Berlvvitio, Rumrodio, Thungio iturus ſit; in aulam adventare debent ultima huius menſis Martii. Mittitur etiam iuſſu Principis, Iacobus Billius ad Bullionium Ducem, explorandi

randi certiora de Mercurij expeditione. Tuum ſtudium iam prædicatum Principi, in Rege obſecrando, quo avertat tranſitum ab iſtis ditionibus. Civitas Brunſuicenſis ſcripſit ad Electorem noſtrum; Brandeburgicum; Landgravium; Mauritium; Anhaltinum; ſumma eſt Iudicio ſe ſiſtere parati ſunt, juſtitiam ſibi adminiſtrari cupiunt, vim deprecantur, quæ ſi inferatur, maiorum exemplo, ſe fortunas, vitam & ſanguinem pro libertate exponere paratos dicunt. Typis iam promulgata declaratio rebellionis ſollemniter à Duce facta. Meliſſus noſter ſeſe recolligit, de ſalute dicta gratias habet, ut & Gernandus cum filio, etiam Socer meus, qui iam ad conſueta munia redit, ſed tamen ego infelix adamantinis vinculis attineor, nec tui fruendi facultas mihi datur. Vive valeque feliciſſimè. Heidelberga 19. Martii 1600.

VIII.

ET litteras tuas die Paſchæ datas, cum plurimis memorandis rectè accepi; & per Cambierium quattuor exemplaria Hungaricorum ſcriptorum tuorum, credo mihi amicisque tuis te dono mittere; velim

tamen

tamen ſcire quoſnam aureolo munere hoc cohoneſtari velis. Compellatio tua Ancelij profectò inſignis, & convenienter ætati noſtræ, utinam tandem veternum excutiant homines. Sed quid dicam? ad conduplicatas & iteratas aſſiduè tuas liberalitates ergà me aliud, quam infelicem me eſſe, qui referendæ gratiæ facultate deſtituar. Sperabam indicium aliquod ſtudii mei futurum in Athanaſio, tandem obtinui nitidius exemplum, ſed ſine indice, & cum frontiſpicio non ſatis conveniente, ut necdum honeſtè offerri aut compingi poſſit, & tamen audio diſtractam libri partem iam editam. Vtinam feliciter conficiatur Cartuſianum negotium, & benè ſperant noſtri, nam à Lobbetio, Hochfelderoque litteras accepi, quibus ſignificant, te adventurum, & Regis opera per Lotharingum delinitos Molshemenſes Monachos. Leſierius ad me quoque dedit litteras, eiuſdem pæne quo ad te argumenti, & addit Anglam conveniſſe cum Dano, ut controverſiæ per deputatos utrimque cognoſcantur & componantur. De Moſchi legatione aliud non habemus, quàm Pilſenum acceſſitam eam nuper Egrâ; de Maximiliano nihil interea, ex quo Mergethemo abiit. Sed heri ad Illuſtriſſimum Principem meum litteræ venerunt à Michaele datæ

Albæ

Albæ Iuliæ 1. Februarii quibus dicit, ſe iam ſeptennium, poſtquam ab infidelium ſocietate receſſit, fortiter & feliciter pugnare contra Chriſtianorum hoſtem: Sed non ſufficere Cæſaris Majeſtatem auxiliis neceſſariis mittendis, opus eſſe pecunia, pudere & pigere tandem debere Chriſtianos Principes, quod tamdiu iugulum Turcicæ immanitati præbeant, & petit ut Princeps, aliique largiter pecuniam ſubminiſtrent: ſubſcriptio horridâ plane & militari manu expreſsa notis illis ipſis, quæ etiam in ſigillo, his nempe t ιωMHXAHAb BOιBOAA. A Principe meo nihil interea habuimus litterarum, & ſperamus ipſum in reditu eſſe; litteras tuas exhibui in Senatu, gratiæ tibi habentur de ſtudio. Quod Billius miſſus, iuſſu id factum, & habet ea res incommoditatem, quam notas, poterat res ſine tanto conatu aliter cognoſci. Cancellarius noſter Eberbachius heri huc rediit. Tuum ſtudium iam prædicatum Principi, in avertendo Rege, obſecrando, quo avertat tranſitum militum ab iſtis ditionibus, de oculorum dolore queritur, domoque ſe continet. Reſalutat te officioſiſſimè Socer, amicique. Sed patere, quæſo, onus tibi imponi, Magnifico Domino Ancelio me commendandi, veneror ipſum, & colo inter primos, cupidiſſimus ipſi

ipſi obſequendi. Felicem ipſum hoc tuo præconio in res Hungaricas. Vivet id opus, DEVS te ſervet, columen meum magnum. Heidelberga 26. Martii 1600.

IX.

FReherus litteras tuas rectè reddidit, & ex præſcripto tuo diviſi exemplaria rerum Hungaricarum, gratiæ tibi habentur maximæ: ſed ſupereſt mihi unum, nam quattuor ſimul accepi, quod credo abs te deſtinatum, amicorum alicui, itaque aſſeruo donec nuncies, quem decorare eo munere velis. Credo tibi viſum Denaiſium, ei litteras miſeram ad te. Subſcriptionem, & ſigillum depinxi tibi litterarum Michael Vaivodæ, in ea, penultimum A exiſtimo Δ eſſe debere, ut BOSBOΔA, ſit. De Principe noſtro putamus ipſum eſſe Birſteni apud Comitem Iſemburgicum; ſed quid Torgæ actum ſit nondum cognovimus, uti nec quidquam de rebus Hungaricis aut Dacicis. Gruterus dolet ſe neſciviſſe, quod editionem inſcriptionum cogitares, habet enim duo exemplaria eiusmodi inſcriptionum copioſiora, quæ communicaſſet libens alterum à Carolo Cluſio, alterum à Sambuco: nun-

quam

Google

quam tamen typis vulgata. Quam vellem otium tibi fuiſſe, quæ meditatus quoque addere, & quidni præſtes adhuc, ſemper fas erit addere operi, modo per publicas occupationes tibi liceat. Magnifico Domino Ancelio, velim conſtare devotum meum animum ipſi inſerviendi, & gaudebo vehementer, ſi ſalvum ipſum, & bene ei eſſe cognovero. Salve decus meum eximium. Reſalutant te cum adfectu Socer meus, Gruterusque cum gratiarum repetitione, ut & Gernandus Freherusque. Heidelberga, primo Kal. April. 1600.

X.

Literas tuas 11. & 12. Aprilis datas recte accepi gratias habeo de communicatione rerum memorabilium Angit me periculum Patriæ meæ, nec video quid ſperari poſſit in tanta hominum oſcitantia. Decem dies Torgæ ſubſtitit Princeps humaniſſimè acceptus: & prædicavit Saxo, ſibi in vita nihil optabilius contigiſſe, quam quod arctam amicitiam cum Principe meo iniuit.

. . . .

. . . .

. . . . Inde abiit Princeps Lipſiam,

& ibi

& ibi per diem Paſchatis ſubſtitit, in hoſpitio ſuo per miniſtrum ſuum concionem habendam curavit. VVimariæ rurſus diem unum ſubſtitit, & 30. Martii venturus erat Iſenacum, inde Birſtenium iturus ad Iſemburgicum. Ceterum quid ſperari poſſit de hoc colloquio, ne verbum ad me ſcribitur, reiiciuntur omnia in adventum. Et ſane quotidie exſpecto Pleſſenium Præſidemque Dux Brunſuicenſis petit ab Electore Brandeburgico, Adminiſtratore Saxone, Heſſis, ne . . . . cibibus Brunſuicenſibus, copias adduci per ditiones ſuas permittat; Illi ſuadent Duci, vim intermittat, & aliâ viâ ius ſuum perſequatur, quietis publicæ causâ. De Polonicis rebus aut Maximiliano nihil habeo. Denaiſius prædicat mirificè tuam humanitatem, & ſuavitatem conſuetudinis, mittam ipſi Hungaria tua. Vbi Egmondanus hæreat, plane ignoramus, nec verbum mihi auditum de eo, ex quo Onolsbachii fuit. Litteræ, tuæ quæ Onolsbachium mittendæ erant, Argentorato rectà procuratę, uti mihi ſignificatũ, alioqui fuiſſet ad manũ tutò hoc tempore eò curare. Iohannem Naſſovium iuniorem, Adminiſtrator Saxo proſequut⁹ eſt ſingulari benevolentia. Donavit ipsũ duobus ordinibus Saxonicis, & effigie ſuâ gemmis exornata. Princeps meus & Mau-

& Mauritius Landgravius conati aliquid apud Chriſtiani Electoris filios, qui Dreſdâ Torgam accerſiti, eodem die quo Elector diſceſſit, Dreſdam redierunt: Sed quid effectum, uti & de . . . ., in qua laboratum quoque nondum ad me perſcriptum. Reſalutat te officioſiſſimè ſocer meus, Freherusque. Meliſſus adhuc decumbit, ſed tuſſi tantùm vexatur & langore attinetur, nihil præterea mali acceſſit. Salve decus meum. Heidelberga, 5. Aprilis 1600.

XI.

Litteras tuas 16. Aprilis datas rectè accepi, gratias habeo maximas, præſertim de ſcriptis illis contrariis Pleſſæi & Eurezani, aveo audire exitum, & ſpero turpitudinem Babylonicæ delectum iri. Video meas tibi non omnes redditas, nam certo ſcio me tibi per litteras gratias egiſſe de Faucheti libello Originum Magiſtratuum. Sanè lectu digniſſimo, quantum ex guſto aliquo, dum libellus ligetur, percepi. Grutero quoque allati â Schotto libri, qui tamen retineri debebant Francofurti deſtinati volumini operum criticorum. Sed & ſocer meus rectè accepit libellos quos deſignas, & cum

& cum Angli libro uſus erit, cum gratiarum actione reſtituet. Denaiſius his diebus apud nos fuit, multus nobis de te ſermo fuit. Ei exhibui Hungaricarum rerum volumen tuum, de quo munere, gratias tibi habet maximas, relaturus qua poterit. Valde me anxium habet morbus Domini Hochfelderi, ſed aliud non adfero, quàm vota, nam lamentationum nullus uſus. Narrant Norimbergam veniſſe his diebus ad tria millia militum, qui evocati eò ad ſtipendia accipienda . . . . : ſed cùm pecunia in promptu non eſſet, & . . . ., qui ductor ipſorum fuerat, in alium diem ſolutionem differrè vellet, adeô in ipſum exarſerunt, ut neceſſe habuerit Senatus Norimbergenſis auxilium implorare, quo ipſe quidem militum inſolentiæ ereptus, illi támen iactitant ſe in . . . . ditionem invaſuros, & omnia vaſtaturos, donec ſatisfactum ipſis ſit de ſtipendiis: ô quis riſus debetur hoſtibus ob ſtultè ſuſceptam, & adminiſtratam expeditionem: Nihil habeo memorandi, ideoq; non moror negotia tua, utinam tibi otium detur ad opus tuum perficiendum de Regno Hieroſolymitano, iam dudum id omnibus votis expeto. Deus tibi vitam det & otium ad bene merendum de poſteritate. Princeps

meus

meus 4. huius menſis fuit Birſteni apud Iſemburgicum, 7. venturus erat Hanaiam, inde Darmſtadium, hodie ipſi obuiam profectus Cancellarius, Eberbachius, iuſſu Principis, intra paucos dies adfuturum Principem; cum omni comitatu feliciter, ſperamus. Meliſſus adhuc languet, reliqui te ſalutant officioſiſſimè. Imprimis ſocer meus. Vive valeque vir ſumme. Heidelbergæ, 9. Aprilis 1600.

XII.

REdiit Illuſtriſſimus Elector Princeps cum conjuge, & omni comitatu heri, ſollemniter acceptus diſploſione tormentorum, in comitatu habebat quoque Iohannem Comitem Naſſovium iuniorem, & Erneſtum Mansfeldium. Huttenus diſceſſerat domum ob controverſiam, quæ ei domi cum vicinis rediturus brevi, & poſſeſſionem Mosbacenſis Præfecturæ capturus. Quantum ex ſermonibus noſtrorum præſertim Præſidis Collii ac Pleſſenii percepi, ubique humaniſſimè accepti fuerunt. apud Adminiſtratorem Saxonem ſtudioſè laborant Elector ac Mauritius Landgravius, pro . . . .
. . . .
uxorem.

uxorem tamen eius(de cuius carcere aut eius cauſa nihil audieram) ſtatim cuſtodia ſolvit. Scripſit autem uterque Princeps ad ordines Saxonicos, & graviſſimis uſi rationibus liberationem eius viri urgent. . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . . Nihil præterea memorandi hactenus intelligere potui: & ſane omnes meas cogitationes occupat conſideratio gravis morbi Dn. Hochfelderi; quem intelligo, X. huius iam in extremis fuiſſe amiſſo uſu ſermonis : quem civem amittit Patria, quem amicum ego : ſed tollo querelas, & ſcio quanti ipſe hunc virum facias, Deus fons vitæ prorogabit eam ipſi, ſi Patriam reſpexerit. Meliſſus noſter ſe recolligit. Illuſtriſſimus autem Elector febriculâ attinetur, ita validus tamen, ut equo urbem ingreſſus ſit alacriter. Salutat te ſocer meus, & amici illi reduces. Freherus abeſt, miſſus cum aliis ſuper controuerſiis quibusdam cum ordine Theutonico componendis Hailbronnam. Deus te protegat & tueatur imprimis, vitam & valetudinem
rectam

rectam concedat Hochfeldero noſtro. Vale vir ſumme. Heidelberga 13. Aprilis 1600.

XIII.

Litteras tuas 14. Maij cum adjunctis rectè accepi, quæ pro Principe ſeparatim exſcripſiſti, Cancellario tradidi, indicauique cupere te ne vulgarentur. Gratias habemus de tot memorandis communicatis. Riſum nobis præbet Mercurius ad cuius imaginariam expeditionem tam multi pauebant. Legati Alberti Archiducis, Carolus Egmondanus & Dominus Hatſtenus tandem apud nos auditi per conſiliarios, propoſuerunt plane eadem, quæ alibi de matrimonio, ceſſione Prouinciarum, ſtudio pacis & concordiæ cum Imperii membris, rebelles bellum ducere, Regem, ſeque, pacem malle; excuſarunt & hiberna militis in VVeſtphalia, inſcio Alberto & invito facta, polliciti omnia amica; tandem indicarunt ſe inter primos Electorem convenire ſtatuiſſe, ſed per Moguntinum ſe de abſentia Principis edoctos: reſponſa generalia retulerunt cum exprobratione aliqua hoſtilitatis in Imperium exercitæ. Statim Spiram abierunt, nec cibum cum Legatis Princeps cepit. Ibi

 rela-

relati in catalogum conventui deputatorum, & tamen ambo hic præ ſe tulerunt, ſe feſtinare domum. Qui conventus necdum initium cepit, abſunt enim præter noſtros VVirzburgici, Iuliacenſes, Heſſi, Pomerani & Civitatis Colonienſis Legati: mittemus noſtros his diebus, & ſperamus adventuros quoque poſt feſtos hos dies reliquos. Ex Cæſaris aula ſcribitur, ...

. . . .

. . . .

. . . . Expectabatur diu Pragæ, ſed 30. Aprilis nondum eò venerant, itaque etiam noſtri oratores fruſtrà hactenus expectarunt Diskam, dico, etiam Peluitium, à Brandeburgico & Palatino ob Argentoratenſe negotium miſſos. De deditione caſtri Andreani iam certi nuncii ad vos quoque haud dubiè perlati; ſed etiam Groningenſes ſine cæde exuti, & ad obſequium redacti, quæ tu aliunde certius. Socer meus in Boiariam abiit, rediturus ante exitum huius menſis Præſes. Pleſſæus amicique te reſalutant. Gruterus ſimul indicat Apuleium, quem ex Bibliotheca Palatina contulit, vix eſſe tanti, ut ratio habeatur, ſe notaſſe tamen omnia variantia, ſine ullo operæ pretio, miſſurus tamen ad te, ſi nihilominus expetis: Martialem autem noſtrum valde extollit,

ſit, doleo typographos nobis invidere tam utilem auctorem tamdiu . . . . ſuavis, qui videri vult in publicis commodis promovendis vigilans: Cum ille omnia ferè recta conſilia haſtenus corruperit, & adeò nuperis litteris ſuis ad Electorem: neſcio an illæ ipſæ ſint, quas tecum communicavit, cenſet differendam Legationem ad Regem, donec appareat quid Cæſar facturus ſit ad legationem, quæ iam in aula hæret, & cenſet tibi committi poſſe rem omnem: Credo ut ſumptus vitet. Profecto *miſer ſtatus rerum, ubi conſilia apud ſingulos ferè Magnates*, ſibi ipſis non conſtant. Gratias habeo de libello auctiore, nullus finis largitionum. Frehero tradidi declamationem cum tabula, Præſidi tradam etiam ſibi donatum abs te libellum, perplacuit prior libellus iam magis placebit auctior. Gaudeo tandem adventare Legatos: mea obſequia prompta parataque ampliſſimo Domino Ancelio, cui opto feliciſſima quæque. Gothofredus heri in aulam invitatus, adhibitus menſæ Electoriæ, cogitat mittere filium Lutetiam ob res ſuas privatas. Orationem habuit die Iovis præterita, atque ita exordium recitationum fecit. Tabellarius hic eſt à Principe Anhaltino, ei tradam tuas mihi commendatas. Vive valeque vir

 ſum-

ſumme, & labantem . . . . . ſalu-
taribus tuis conſiliis firmare perge. Heidel-
berga, 12. Maij 1600.

XIV.

SCripſi per filium Dn. Gothofredi, interea
venerunt huc è Gallia Barones duo ado-
leſcentes filii Domini de Vitry cum lit-
teris à Duce Bullionio, multo ipſos honore
proſecutus Elector Venatum quoque de-
duxit, cui ſtudio deditì ipſi dicuntur, comi-
tatum habent XII. equorum. Hodie Prin-
ceps cum conjuge diſcedit Darmſtadium ad
ſollemnia Baptiſmi Cæſar dono miſit Prin-
cipe equos duos magni pretii, alter coloris
eſt armelini, quo Cæſares dignari tantùm ſo-
liti Reges: & quamvis monitus Cæſar eius
reì, tamen in propoſito perſtitit, dati quoq;
equi ſine ornamentis, deſignandæ libertat-
Principum Germanorum: Ità munus ver-
bis ornavit Orator Vlmius. Lentè plane
confluunt deputatorum Legati, necdum
Heſſi comparent, metuunt ut ex iis, quæ
Francofurti placuerunt offendedus ſit Cæſar.
Nec à nobis mittentur, niſi præcipui ſe ſtite-
rint. Maximilianum Archiducem iam Ro-
mam iviſſe cognovimus ex Italicis novis
Val

Vale & amare me perge. Heidelbergæ, 19. Maij. 1600.

XV.

STat ſententia mittere Præſidem noſtrum ad ſereniſſimam Regis ſororem, ſed quia honoris causâ, intereſt ut & coniux eius, ſi forte rediret, interea etiam Socer compelletur quoque, & inter alia, de cauſa Argentoratenſi etiam ipſi aliquid indicetur, ad ultimas eius litteras, quibus pacis & quietis ſtudium præ ſe fert. mihi mandatum, ut ex te intelligam, quid Regij Oratores eo nomine effecerint, & quid reſponſi tulerint. Id ſignificabis tuo commodo, fortaſſe hic coram. . . . . . 9. Iunii caput ex caſu per lapideos gradus Caſtellauni, ubi familiari ſuo nuptias fecerat, & ad eas Carolum . . . . . invitaverat, ita afflixit, ut ſtatim cerebrum effunderetur, & ipſe paucis verbis prolatis ſpiritum efflarit. Commendavit conjugem & liberos Carolo, rogans ut operam daret, ne quid innovetur donec à Cæſare reſcriptum veniat, quod quotidie expectabat. Princeps meus exſpatiatus in novam arcem, credo ad venationes ſollemnes. Quod ſi Mag. Dominus

Ancelius adhuc vobiſcum, ſalutem hic reperiet, & ſciet me ad omnia obſequia ipſi paratum. Scripſi tibi 12. huius menſis, & litteras ab Illuſtriſſima Electrice tibi, per eum quem Toſſanus ad te ablegavit. Credo rectè reddita omnia. Vale magnifice Domine. Heidelbergæ 16 Iunii 1600.

XVI.

Tondorfii noſtri nuptiæ dilatæ ob luctum Principis, iam ſupervenit nuncius de ſponſæ matris deceſſu. Soceri mei reditus differtur ob morbum Otionis ſui puſionis, qui variolis laborat. Multum differtur legatio regia ad Cæſarem, ſpero te hac tranſiturum cum Francofurtum petes, utinam hoſpitiolum apud me non tam firmiter recuſares: quod animus tuus alienior ab iſtis publicis, non mihi mirum, & ego abhorreo, & emergere cupio ex iſtis ſalebris ad tranquillam vitam, ubi Deo mihique vivam. Electrix Brandeburgica vidua hic eſt, cum filiolis duobus elegantiſſimis pueris, Darmſtadio venit, ubi filiæ ſuæ commater facta, hinc Stutgardiam abit, ſoror ſua ei ſcripſerat, Principem ſuum rediiſſe quidem, ſed ſibi necdum viſum, nunciaſſe tamen ipſi,

Digitized by Google

ipſi, donum ſe inſigne ex Italia pro ea attuliſſe. Gernandus noſter heri filium ſuum qui tam diu in morbo fuit ſepelivit, ita reſtat ipſi par unicum. Lamentabile fuit aſpicere puerum tabeſcentem, fruſtrata omni medicorum ope. Gruterus ait ſe quidem à Ruſſato Inſcriptiones accepiſſe ſed alterum à Scaligero, alterum à Boiſſardo, itaque aliud non præſtitit Ruſſatus, quam operam in tranſmittendis, quod ſi forte & ſuas commiſiſſet viæ, cogitandum erit, cui id datum negotij, ne depereant. Rem miram tibi narro, nudius tertius manè hora quarta, optimus Sindelinus noſter ex arce ambulatum pro more abiit, & ab eo tempore nusquam viſus, dimiſi in omnes partes qui inquirerent complures, nihil adhuc indagari potuit, ſuſpiciones & coniecturæ variæ, ſed nihil certi habemus. Anxios & ſollicitos nos habet mirè omnes hic caſus, & veremur, ut in aviis ſcelerati fures ſpe prædæ virum optimum confecerint. Deus meliora. Spero interveniſſe cauſam aliquam abſentiæ, quam coniectura aſſequi non poſſumus. Reſalutant te amici Præſes, Gothofredus, Meliſſus, Gruterus, nam Freherus à nuptiis necdum rediit. Vale amicorum decus. Heidelbergæ Kal. Iun. 1600.

XVII.

Litteras tuas ad Lobbetium, miſi heri per Meliſſum noſtrum, qui miſſus ab Electore ad Sindelinum, ut ipſum reducat huc, mirabor magis, ſi redierit, quam quod ita abiuit. A Sierio litteras accepi 7. Iunii datas, ait die Iovis quæ proximè anteceſſerat Eſſexium cauſam dixiſſe in ædibus Cuſtodis ſigilli Regii apud Iudices XVIII. à Regina datos, de intimis conſiliariis, Comitibus, Baronibus & Regni Iudicibus: repertum quod variè contra mandata Reginæ in Hibernica expeditione egiſſet, non quidem ex perfidia in Reginam aut Regnum, ſed ex confidentia aliqua, ideoque ſententia Iudicum privatus dignitate Conſiliarii, magni Mareſchalli & Ducis artilleriæ ſeu tormentorum: & cuſtodiæ traditus domi ſuæ, Equite quodam cuſtode, donec aliud Regina ſtatuat, quod brevi fore putant, ut cuſtodia liberatus in agris degere poſſit: nulla facta mentio cæterarum dignitatum ut equitis ordinis, Magni Stabularii &c. Addit & Reginam conſtituiſſe, potius quàm ut permittat ſuis cedere primum locum Hiſpanis in Bolonienſi tractatu, ſuos reuocare, & putant Angli,

Angli, ceſſuros . . . . , cum tanta cupiditate ferantur pacis ineundæ. Quod ego vix adducor ut credam. Dominus Lobbetius mihi ſcribit, Comitem Tubingenſem confoſſum pugione à Firxio, neſcio an certo auctore de nece conſtet. Iuntha miſſus erat Haganoam, ubi conventus de Mercorii exercitu traducendo Princeps meus rediit heri ſalvus. Relationem feci in Senatu eorum quæ mihi indicaſti, omnia ad Principem perſcripta. Denaiſius nobis adeſt adhuc, is te ſalutat, ut & omnis amicorum cohors, cum affectu & cultu erga te, ... Vale & vive vita digniſſime. Heidelbergæ, 27. Iunii, 1600.

XVIII.

Qvia in nupero colloquio ſollicitum te animadverti de . . . . no-ſtro, litterarum ſuarum exemplum, quas ad Grunradium dedit, mittere tibi volui. Confirmor in opinione mea, tædio aulæ ipſum abiiſſe, ſed quod ita repente iter inivit nemine ſalutato, cauſam fuiſſe opinor, metum: quem ipſe ſua confeſſione meticuloſior ſibi præſentem imaginatus eſt

propter . . . . , cuius conſiliorum & menſæ particeps fuit, de quo ad interceſſionem Electoris mei & Landgravii reſponſum, fore, ut brevi ea perſcribantur, quibus cognitis poſthac omni interceſſione indignus judicabitur. Veritus igitur ille, ne forte . . . . ipſum quoque expetant, nō & ignarus parum præſidii in nobis errore quodam mentis tutiorem ſe alibi futurum exiſtimavit. Certe in hac ſcriptione nulla nota alienatæ mentis, quod vulgo iactitant. Is de quo queritur, quod ſpecie amicus, abſentem iniuriosè inſectatus ſit, eſt futilis homo, medicus in aula, in eum optimus . . . . non nunquam ob imperitiam & ſtultitiam familiariter & falſe iocatus, ineptiſſimi hominis malevolentiam ſibi paravit: Pus autem quod evomuit erat, quod cum ità aufugerit noſter, neceſſe ſit, hominem eſſe perfidum &c. Principem meum aiunt intra paucos dies reverſurum. Spiræ lentè agere pergunt. Socer meus nunciat, Egmondanum non ſubſtitiſſe Spiræ, ſed tantum cum Hatſteno, nomine ſuo dato, poſtridie abiviſſe, neque ex eo tempore reverſum. . . . .
. . . .
. . . .
judicialibus verſatus, & eloquentiæ famam ade-

adeptus, cæterum Reip. adminiſtrandæ plane imperitus. Salutant te amici noſtri, præcipuè autem nobis in votis fuiſti in cæna eo die quo abiiſti, & nudius tertius apud Gothofredum, ubi tui grata lætaque mentio facta, cum amicis votis. Vale vir ſumme. Heidelbergæ 25. Iulii, 1600.

XIX.

Ex quo domo abſfui, nihil occurrit ſcriptione dignum. Nam quæ Monbelgardi jactata de bello Sabaudico, ferè abſurda fuerunt, ut fieri ſolet in locis eiusmodi, ubi nec Principis aula nec frequentia negotiatorum. Ceterùm lautè habitus ſum ab adfinibus, qui creberrimam tui honorificentiſſimamque mentionem fecerunt, præcipuè in convictu, ubi ſollemniter pro te vota nuncupata, quibus applaudere ſolitus Sage, tui quoque perſtudioſus: cum iam currum conſcenſurus eſſem, redditæ mihi à Lobbetio litteræ, quibus adjunctæ erant tuæ 28. Auguſti datæ, de quibus gratias habeo maximas, ut & ii quos ſalutari voluiſti, affines, Capitaneus, & Granſemmius; & Sage, quidem totus eſt in matrimonio quærendo, ſed podagrâ alligatus lecto, eo quo abivi die.

Is has mihi tradidit adiunctas. Dn. Lobbetius magnum adhuc animum ſervat debilitato in corpore; Deus ipſum ſervet, qui certe publicum commodum. Legatum Regium Boisdauphinum reperi Raſtadii, ſed is iam cænabat ſolus, & à cæna ſtatim ſe cubitum contulit, & quia maturè diſceſſi ego, videre virum non potui, ſed Comites ſui variè prædicarunt inſolitos honores in Cæſaris aula exhibitos, ſed ſcio te omnia ex ipſiſmet cognoſcere potuiſſe. Gernandi noſtri filius publicè diſputavit 12. annorum puer, cum laude & admiratione. *Struckius* noſter inter eos fuit, qui ipſum oppugnarunt. Sed ecce rem miram & ridiculam tibi nuncio. . . . . . . noſter ſponſus eſt, idque pro teſtimonio tibi affirmo. Nam Huttenus noſter ſponſalibus interfuit, ducit viduam, 45. annos natam, quæ ut ſolet, commendatur vehementer à probitate & ſuavitate morum. Meliſſi noſtri epithalamia videre geſtio, & luſus Poëtarum noſtrorum. Itane ex aula profugus, in matrimonio quietem quæſitum ivit? Profectò res mihi perquam ridicula. Cras hic aderit Princeps Elector, familia præcipua iam advenit. Ego tuus maneo omni ſtudio & obſervantia, & Deum comprecor, ut te ſervet incolumem. Vale magnifice Domine. Heidelbergæ, 4. Sept. 1600.

XX. Lit-

XX.

Litteras tuas XXIX. huius datas fœcundas rerum memorabilium rectè accepi, gratiasque maximas habeo, accepi & heri à Magnifico Dn. Ancelio litteras plenas amore & affectu ſingulari. Spiræ video parum expediri, quod bono publico & Patriæ meæ cedat, video rem reiici in alium conventum, & compoſitionem tentandam videri, ſed hæc rectius à veſtratibus cognoſces, nondum enim ad notitiam meam pervenit. Adminiſtrator Argent: heri veſperi huc venit cum Principe meo, in tranſitu è Durlacho huc: Spiræ locutus eſt V. Valdenfelzio; iſtorum mihi conſilia deviare videntur. Perſica Legatio Caſſellis 16. Sept. Landgravio quoque litteras à Rege Perſico exhibuit, quibus favorem & amicitiam offert, & petit ut apud Cæſarem efficiat, quo poſtulatis ſuis annuat, offert fœdus cum Chriſtianis contra Turcam, paratus educere 60. millia equitum, totidemque pedites, ſi Cæſar bellum continuet, ſpondet ſe pacem ſine conſenſu Cæſaris non facturum. Deinde offert Chriſtianis liberum commercium, ſed & ditionem ſuam ut inhabitent, Eccleſias ædificent,

privilegiis & immunitatibus etiam vectigalium fruantur. Valde ſibi placet in eo Landgravius, quod præ cæteris tanto honore dignus viſus à Maximo Rege. Camerarius noſter cogitat edere avi ſui hiſtoriam, de fratribus Bohemicis, accuratè ſcriptam, ſi quid habes, quod adjungi poſſet, gratum ipſi officium præſtares, paratus & ipſe viciſſim ad quævis officia. Reſalutant te noſtri, & in iis Grunradius qui te colit eximiè. Vale præſtantiſſime virorum. Heidelberga, 26. Octob. 1600.

XXI.

UTramque tuam epiſtolam XX & XXVI. Novemb. datam rectè accepi. gratias habeo, de duabus narrationibus ſimul miſſis. Memorabilis ſane conflictus inter Baſtam & Valacchum: ſed res altera paullò tenuior quod gaudeo, de lite Eſpernonii cum Dornano. Valde me impellis judicio illo tuo de Savilii Militia, ad editionem libelli, & ſummopere gaudeo, non decerraſſe me in admiratione doctrinæ illius viri: quare libellum in manus ſumpſi, & Græca quoque Latine converti, ne abſterrerentur lectores, minus eius linguæ periti.

Digitized by Google

ſed quam vereor, ut alicubi doctis faſtidio ſim, inculta & incompta interpretatione. O ſi liberet tibi per otium notare errores meos; ſummo beneficio me afficeres, ſed id non tanti, præſertim tibi homini occupato. A Sierio redditæ mihi hodie litteræ Kal. Nov. datæ Londini, ait aulam occupatam in feſtivitate adornanda ad diem 17. Nov. quo completur annus 42. ex quo Regina coronata, & addit numquam ipſam melius valuiſſe. Litteras adhuc commeare inter Richardotum, Angloſque, ſed frigidiores hac nive. In Irlandiâ redigi in ordinem rebelles, cum ſpe bona conficiendæ rei. Legatum Barbariæ Regis in procinctu fuiſſe, eique ſatisfactum, comparaſſe merces pretio 12. millium librarum anglicarum: arcanam valde retineri legationem eius; Moſcum autem legatum hiematurum in Anglia, & pulchrè frigus depellere Hiſpanico vino. hæc ille. Cæſar Badenſibus ditionibus, quas Fortunatus Eduardus tenebat, Adminiſtratorem dedit Maximilianum Bavarum, & ſubditis omnibus edicit, ut iuſiurandum illi ſoli præſtent, & obediant. Scribitur Argentorato, quod Tabernis exſpectetur, quo & venturus Lotharingus, ut adſcito Electore Palatino & Durlacenſi, controverſia inter Cardinalem & Adminiſtratorem componatur

tur. Cæſar ad ſe evocaſſe nunciatur VVamboldum & Piſtorium, & hunc iam adveniſſe. Carolum Hohezollerium munus obire, quod Rumpfius tenuerat. Dedita Caniſchâ Archidux Ferdinandus periculum ſuum & vicinorum Bavaro per Legatum ſignificavit, auxilium & opem omnium flagitans. Quod de Lobbetii in me benevolentia plane paterna ais, ea mihi conſtanter perſpecta, ex quo Dei ductu in paternas ædes advenit; nunquam ego aſſequar merita illius viri in me, vel grata commemoratione, ne dum ut ſpes referendæ ſit gratia in ſummis ipſius beneficiis etiam hoc colloco, quod conciliator fuit tui in me amoris, quo nihil in vita mihi carius. Vive, vale decus meum eximium. Heidelbergæ, 10. Novemb. 1600.

XXII.

NEceſſe eſt ut deprecer rurſus, quod tam tenuiter te accipere auſus: ſed pro omni excuſatione erit neceſſitas & confidentia mea de tuo in me favore. Princeps meus adhuc propendet ad iter Lotharingicum, quod diſſuademus ſerio & accuratè. Etiam Onolsbachius ipſum ad ſe invitavit, & reſponſum hic expectat. Fridericus

Baro

Baro Thruchſeſius eam ob cauſam huc miſſus, atqui neceſſe foret, ut ipſe rebus maximi momenti, quæ iam incumbunt, vacaret & proſpiceret. Præſidi mandatum, ut in Polonia intentus ſit in Hiſpanicas technas, cogitat paucis diebus iter ingredi. Non dubito, quin narrationem de colloquio Regis cum Beza, amicis quibusdam ſcripto communicaturus ſis. Gratiſſimum mihi foret & amicis, ſi eius exemplum obtinere poſſemus, quod tamen ſine ulla tua moleſtia fiat, per adminiſtrorum tuorum aliquem: En audaciam; ſed ea eſt facilitas tua, ut amicis quidlibet in te permittas: Tu viciſſim me habes ad nutum. Salutant te caterva amicorum. Columnam Traiani ſumma cum voluptate perluſtravi, & gratiam tibi habeo de communicatione, iam Freherus eam habet. Riſi in hac luce litterarum ineptum conatum Monachi in defendenda fabula de Trojani liberatione ad preces Gregorii, & riſi acumen hominis in conquirendis nugis. Sed & ego hiſce nugis tibi occupato moleſtus. Ignoſce & vale amicorum eximie. Heidelbergæ, 18. Decembr. 1600.

Scri-

XXIII.

SCripſi nudius quartus cum diſceſſurus putabatur Præſes noſter; ſed ipſi expectandæ fuerunt litteræ à Principibus aliis, interea redditæ mihi tuæ cum libello Elogiorum ſane pereleganti & mihi iucundiſſimo, neſcio tamen an mihi deſtinatus ſit & quomodo. Litteræ enim tuæ nullam faciunt mentionem. Sed bone Deus quid extollis tenuitatem meam in te accipiendo? nunquam adſequar partem tuorum in patremque meum beneficiorum, & tu minutias iſtas, & conatus ſtudii mei tibi ſerviendi & gratificandi exaggeras, tamquam in ære meo eſſes. Deus te ſervet mihi tantum amicum, ego felicitati meæ imputabo, ſi tibi grata obſequia præſtare licuerit. Quam vellem iam comes eſſe Præſidi, ſed inania hæc vota, & teneor ego lentis vinculis ſervitutis. Dn. Ancelius miſit Pleſſenio, . . .
. . . .
. . . . . . : Quod præ hæreditario hoſte Sabaudiam ſibi curæ eſſe ſinunt, non ſine exemplo faciunt; nam & Carolus V. id factitavit & publicè in Comitiis profeſſus eſt. Iter Lotharingicum hoc tempore vitatum.

tum. De Onolsbacenſi neſcio quid futurum ſit; non tamen puto diſceſſurum Principem, ante conventum Fridberganum finitum. De quo quid ſperem, cùm propendeant plerique, ſuadendum . . . . . , ut pareat mandatis, ad quam cognitionem horreo, & moriendum ſatius judico, quam tot indigna, quæ ſecutura ſunt, perferenda. Cardinalitii dimiſſi, & communicabitur res cum Brandeburgicis. Ancelius ſcribit ſe vidiſſe conventionem VVirtembergici cum Cardinali, & herus meus earum rerum ignarus eſſe debet. VVirtembergicus nuper ſcripſit ſe operam ſuam coniuncturum cum aliis in aulicis proceſſibus redarguendis: ſed quid ſperem his moribus. Reſalutant te omnes noſtri, etiam Camerarius, qui iam ſcribenti adeſt. Vive vale decus meum, & hunc annum ingruentem feliciſſimè tranſigito, gratias tibi habemus uxor liberique de fauſtis votis, & regerimus ἀυτῷ τῷ μέτρῳ. Salve iterum Heidelberga, 26. Decembr. 1600.

XXIV.

Litteras tuas proxima die Dominica datas rectè accepi, Neupurgicus ipſe quidem non eſt, quantum ſcio, apud Biponti-

pontinum, ſed filium ſuum Auguſtum cum conſiliariis eò miſit, à nobis conſilium an ſequeſter admitti debeat, petiit: nos ſuaſimus ne facerent, idque exemplo noſtro, qui ſtatuimus ſequeſtrum non ferre: nam actum eſt de libertate, ſi talia ſubeamus. Cæſar per Henricum Neuhauſium à Moguntino multis petiit conſenſum, ut quàm citiſſimè Ratisbonæ Comitia inſtitui poſſint: à Turca extremum imminere periculum, neque pacis ſpem ullam. Moguntinus rem reiecit in communicationem cum collegis ſuis, paratus obſequi in omnibus. Iam expectamus & nos oratorem. Philippus VVamboldus magnus Præfectus noſter nudius tertius deceſſit, cùm 20. circiter dies decubuiſſet, epilepticos paroxiſmos habuit aliquot, ſed poſtea placidè quievit, & ſpiritum Creatori reddidit, agebat annum 56. Heraldum in Martialem vix inſpectum abiecit Gruterus, cum animadverteret non ad ſuam ſalivam eſſe. Ego periculum feci in locis quibusdam, & reperi ſicco pede ipſum tranſire difficilia, contrà in pervulgatis & planis oſtentare variam lectionem, plane ad normam Lambinianam. Gratiæ tamen tibi debentur magnæ, & nimis faſtidioſus eſt Gruterus noſter, pro ingenio Criticorum. Iuliacenſis eiusque uxor Antonetta, Legatum habent

apud

apud Electorem, & petunt ut Mauricium deterreat, ne vi agat in Moerſiano Comitatu obtinendo: vereor ut tardè nimis, nam iam Crakavva arx occupata nunciatur. Vale magnifice Domine. Heidelberga, 13. Februar. 1601.

XXV.

GAudeo te ad nos venturum, utinam liberet tibi hoſpitiolo meo uti, ſed vereor ut tam frigidè habitus nuper fueris, ut iam miſellum tugurium averſeris. Certè voluntas mea recta tibi per omnia obſequendi, quamvis facultas deſit. Militia Saviliana abſoluta iam, ſed cum tabula ænea necdum à Brianis obtenta, libellus neque conglutinari, neque diſtribui mancus poteſt; rogo rurſus Malapertum, ut homines urgeat, & exempla huc quàm primùm mittantur. Ob auctorem carus mihi libellus, ſed typographus non eam fidem adhibuit, quam pollicitus erat, mendis relictis etiam notatis iterum atque iterum. Sebaſtianum à Florentino cuſtodiæ mancipatum, & impoſtorem repertum, etiam privatorum litteris nunciatur: Neſcio quo evaſura ſit res. Pacem inter Regem & Sabaudum abruptam, multis

multis ex locis nunciatur. Credo ego Regem Mommilianum adhuc tenere ne circumveniatur ab infidis illis. Gordonii diſputatio valde placet, rectum judicium & exacta cognitio linguarum & antiquitatis in eo apparet, ideoque gratias habeo maximas, ut & Socer meus Loëfenius: Non ferendi Papicolæ, qui fulciendis ruinis ſuis tam inania conquirunt, ô ſi veritatis ſtudium adeſſet hominibus, facile agnoſceretur error. A Cæſare Oratorem hic habuimus Iohannem Euſtachium à VVeſternach: quem Cæſar nuncupat militiæ Imperialis commiſſarium. Is prolixè explicavit, nullam porro pacis cum Turca ſpem eſſe, quæcunque de ea acta ſimulata fuiſſe omnia, & tantùm occaſiones quæſitas per perfidiam nocendi, & ita ereptam Caniſſam: jam patere Turcæ planam viam, nullis anguſtiis aut munitionibus impeditam, ad Viennam obſidendam, & alibi in viſcera usque Imperii. In hoc extremo diſcrimine, omnes conſiderationes & difficultates alias ſeponendas, & omni ope ad reſiſtendũ crudeliſſimo tyranno elaborandum. Cæſarem oneri imparem, rebus etiam VValachicis perturbatis & Sigismundo cum Turca perfide colludente, ideoque auxilia ab Imperio imploranda: ad quæ quam celerrimè comitia convocanda, id ut-

id ut poſſit Electorum conſenſum petere ut quàm celerrimè Ratisbonæ comitia inſtitui poſſint. Eadem omnia propoſuit Moguntino Henricus à Neuhauſen; utrique reſponſum datum, rem cum collegis Electoribus communicandam, & operam datum iri, ut quam primùm Cæſar reſponſum ferat. Salve amice magne. Deus te ſervet Reip. & amicis. Heidelbergâ, 20. Februar. 1601.

XXVI.

UTerque affinis meus Virotus & Morilotus rectè tuas reddidit, de quibus gratias habeo maximas tibi de tanta beneuolentia, & munere gratiſſimo Paraſiti Libaniani, qui nos amicos tuos hilaritate perfudit. Libri manuſcripti tibi ergo aſſervabuntur: tantum metuo ut domo abſim, ſi tu tranſieris tempore nuptiarum Viroti, quibus utinam intereſſe velles aut poſſes, mihi Princeps ſuas vices in illis demandavit. Deferrem libros mecum Spiram. De . . . . optimam ſpem concepit Princeps meus, ut antea ſcripſiſſe memini: quod autem à Ieſuitis aut Pontificio legato corruptus ſit, nihil cognovi adhuc: pollicitus eſt ſanctè Principi meo ſe Germaniæ libertatem

& con-

& conſervationem ſummo ſtudio curaturum, & extraneorum technas vitaturum: ſi quid cognovero, vel in tractatione publicorum negotiorum animadvertero, faciam te certiorem. De legatione Præſidis noſtri in Galliam, altiſſimum apud nos ſilentium iam dudum fuit, & miramur nos unde hic rumor emanarit: ſi quid forte Princeps movebit, memor ero monitorum tuorum, quæ collegis etiam communicavi iam, ii te reſalutant officioſè. Princeps meus die lunæ apud nos erit, ut certi quid ſtatuat de ſubſtructionibus aulicis novis, veniet unà Electrix, cupida hic habitandi. Noſtri Oratores qui Pragæ, iam dudum nullas huc litteras miſerunt, ſunt illic qui pollicentur non ingratam fore Cæſari legationem. Adiunctæ à Barone Rhœdano ſunt, eas Pleſſenius commendavit, ut ſerias & momenti alicuius, is compater meus factus per nuperum filium ſuum, te officioſe ſalutat, cum collegis meis ac Præſide, cui valde novum fuit audire de legatione in Galliam. Vive vale, vir præſtantiſſime, Heidelbergâ, 13. Iunii 1601.

Litte-

XXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Litteras tuas 24. datas per ordinarium rectè accepi: quod Princeps Mauricius invitatus à noſtris Principibus dicitur ad obſidionem Berganam, glorioſius noſtris videri poſſit, quam compreſſis manibus ſedere, neque de dignitate ſervanda, aut damno vitando aut auertendo curare, cùm ipſi ignaviæ dediti nihil audeamus, ſaltem alios ad juvandum inclamemus: Verumtamen tanti non ſumus, ut vel in tantum aſſurgamus. Halberſtadij in Circulari conventu 14. menſes Cæſari decreti, qui faciunt 102. millia thalerorum. Brunſuicenſis Civitas ibi querelas ſuas adverſus Ducem propoſuit. Ex Auſtria adhuc ambigua pax nunciatur, & Mercurius Dux ſupplendis mille equitibus ſuis, à Cæſare litteras ad Palatinum impetravit, ut Centurioni ſuo facultas concedatur 100. equites in Iuliacenſi agro conducendi, & per has ditiones Ratisbonam deducendi, ubi navibus imponatur; Centurionis nomen eſt Vom Berghe. De Bergana obſidione cras ſperamus bonos nuncios, iam enim tormenta collocata fuerant ante octiduum feriendis propugnaculis. Saviliana

mea aliter non peto, quàm ut tuo commodo ipſe deferas tecum, ſive iam ad nuptias Viroti, quod voveo ut fiat per hunc rhedarium tuum, ſive tuo commodo. Angit me cura Eccleſiæ Francofurt: ſed non video quid commodare poſſim ego, adeò omnis cura publica reiecta, ſed ea de re coram agemus, & nulli labori parcam ego. Ignoſce quod adiunctis te onerem, ſpero per familiã tuam absque moleſtia reddi poſſe. Ego totus in ſpe bona, foro ut brevi te videã. Mareſchalla Bokia effuſè in laudes tuas evagata, adſtipulatores habuit omnes qui aderant. Vale decus meum & eximium huius ævi. Heidelbergæ, 22. Iunii 1601.

XXVIII.

ANxij valde eramus de valetudinæ Electricis tam enim vicina partui febri attinebatur, ideoque proximè ſacræ ſynaxi intereſſe non potuit, verum hac præterita nocte, nuncius nobis allatus, feliciter enixam filium. Deus ad ſuam gloriam faxit, ut vitalis ſit & validus, ſervetque nobis ſociam Principis diutiſſimè, magnum columen felicitatis noſtræ. Teſtamentum optimi Lobbetii en tibi mitto, in quo videas intimi

timi tui amici ultimum quoque judicium. De litteris tuis ad ipſum datis memor ero, operamq; dabo ne in aliorum manus perveniant; quod ſi impetrare potero, magni theſauri loco ducam, tot prudentiſſimorum virorum quorum familiaritate uſus, cum prudentiſſimo viro cõmunicata conſilia, ſeria, iocosque cognoſcere. Indicem expurgatorium tuum imprimet Vœgelinus, memores erimus præfationis: ego notavi tria vulnera Cyrillo illata, nam ſumpto è bibliotheca libro, ipſe oculis meis uſurpavi, tres locos violatos, & ex ipſo Cyrilli textu delendos, ibi notari. Item in Alberti Argentinenſis Chronico ubi de Romanæ ſedis ſuperbia agit caput integrum. Idem in Eucherio auſi; ſed eum librum hic reperire non potui. In toto Iunii indice nihil tale repertum. O ſcelus? quod omnium hominum animos abiſta fæce hominum auertat! Hac nocte, per terræ motum è ſomno excitatus ſum, cùm concuteretur lectulus meus acriter; paullòque pòſt, mitius iterum. Sed ego dubius an ſomnium fuiſſet, iam cognovi aliis quoque animadverſum: neſcio an eâ ipsâ horâ contigerit, qua natus Princeps nobis, certè non diu pòſt nuncius nobis allatus. Contigit terræ motus ſub horam ſecundam, etiam in aula terræ motus animadverſus, paullò poſt-

quam Electrix enixa eſſet. Deus bene fortunet. Pforzhemi pacata rurſus omnia, ſicut ex te perceperam. Quattuor præcipui è civibus offenſam deprecati apud Præfectum, qui ſuam iniuriam remiſit, Principi caſtigationem reſervavit. Dn. Caſtilionæus referet, quæ ipſi de Helveticis rebus nota & Genevenſibus. Deus te clementer conſervet & tueatur. Vive valeque feliciſſimè amice magne. Heidelbergâ, 8. Sept. 1601.

XXIX.

IAm, video, ſollemne tibi eſt, muneribus me obruere, per tempus nundinarum. Iam binos faſces accepi, Perſius ſanè ornatiſſimus eſt, aliaque addita memoranda: imprimis admonitio Pleſſæi, quæ ſanè graviſſima, ornatiſſimaque: ego quid contra? nudas gratias, & ſolis verbis tinnientes, re ipſa nihil refero, quod doleo ſanè & ringor nihil à me proficiſci poſſe, quod tibi viciſſim gratum ſit. Electori litteras tuas per Cameræ, ut vocant, Secretarium reddendas curavi: Electrici nova miſi, quæ eò gratiora, quod nunciat compoſitionem initam Bullionio cum Mauleurerio. Ea infanſque bellè habent. Deo gratia ſit. 13. Octobris

dicta

dicta iis qui ad ſollemnia Baptiſmi venturi ſunt. Nomina compatrum nondum probè novi omnium. Princeps . . . . . . ni fallor, id eſt Auraicus & Heſſus. Vtinam modus fieret, inanibus ſumptibus, ne poſt deſiit, ... Pro certo ad nos perlatum, fore, ut 26. Novembris colloquium Ratisbonæ habeatur inter Theologos Ducis Bavariæ Maximiliani, & Theologos Philippi Ludovici Comitis Palatini Neuburgici: aiunt Hunnium quoque adhibitum iri. Non . . . .
. . . .
. . . .
Pfortzhemenſis, quoque turba erupit in apertam rebellionem. Nam 11. huius menſis tricenti cives coniurarunt ſollemniter, id Marchioni denunciarunt, ſe alios miniſtros verbi non admiſſuros, neque invicem ſe deſerturos, ſed ſi quid uni ipſorum adverſi contingat, pro ſua iniuria habituros, cuſtodias ad portas & vigilias collocarunt, opem auxiliumque Georgii Friderici Hochburgenſis implorarunt, qui per litteras zelum erga religionem ipſorum laudavit; ſed dehortatus eſt ab omni rebellione, ſuaſit modeſtè agerent, pollicitus tamen opem & auxilium. Flabellum huius tumultus dicitur, ... Doctor, qui Pforzhemi habitat,

is quater proceſſus in Camera Spirenſi pe
libellos petiit, ſed ii negati. Sigillum uſur-
pant recens ſculptum cum inſcriptione, ſi-
gillum concordiæ Pfortzhemenſis. Nulla
adhuc cuiusquam cædes facta, ſed minæ
atroces, crebræque; quamquam in Politicis
omnem obedientiam ſpondeant, & præ ſe
ferant. De . . . apparatibus bellicis
iam audiviſſe te puto, 26. Iunii omnibus va-
ſallis ſuis edixit, inſtruerent ſe paratos ad de-
fenſionem Provinciæ, contra quemcunque.
& intra 14. dies reſcribant, quot equos ad-
ducturus ſit quisque, ſi Dux intereſſe ipſe
expeditioni velit, quot item, ſi alium ducto-
rem mittat. Aiunt hæc apparari, ut Salis-
burgenſis Præſul deiiciatur, & Epiſcopatus
Erneſto Colonienſi tradatur, quod mihi non
ſit credibile, & puto ob metum Turcæ hæc
inſtituta, per commodam tamen occaſio-
nem, etiam aliò uſurpanda. Architectus
quoque Ant: Vaillant litteras tuas quinto
die poſtquam ſcriptæ eſſent reddidit, accepi
hominem, commendavi Cancellario, ſuaſi
libello deſiderium proponeret ſuum, & in-
ſtruxi quos adire] præcipuè deberet, Marc-
ſchallum imprimis], ſub cuius diſpoſitione
talia: & porro quà potero iuuabo hominem.
De rebus . . . . . nihil tangit in
ſuis ad me Iunta noſter, niſi quod ſperet te
ventu-

venturum à nundinis. Sentiunt quid amiſerint in . . . felicis memoriæ, cuius deſiderium neq; apud me lenius fieri poteſt. In Sierii litteris nihil omnino, præterquam Reginam bene valentem venationibus indulgere, & proviſa omnia contra conatus Hiſpanicos. Princeps meus quoque venationibus ſe oblectatum ivit Friderichsbühelum: Electrix cum infante valet. Deus te ſervet eximium decus ſæculi. Heidelbergâ 16. Sept. 1601.

XXX.

INſtitutum ſervo, quamvis argumentum non ſit, & dubitem num abitus tuus has præverſurus ſit. Retractare quoque volui, quod nuper nunciavi, non enim Mauricius Landgravius, ſed Ludovicus Marburgicus, compater delectus, & dies baptiſmo prolata in 18. Octobris, miſſusque eſt Otto Comes Solmenſis, qui ordines Mauriciumque ad feſtivitatem invitaret. Electrix & infans valent. De . . . adminiſtrationis exitu nihil adhuc perſcribitur, adeô opera nobis data, ne quisquam nobis placere, aut ſua conſilia communicare velit. Salisburgenſis ideo aptus iniuriæ videtur, quod ſæpius à

is quater proceſſus in Camera Spirenſi per libellos petiit, ſed ii negati. Sigillum uſurpant recens ſculptum cum inſcriptione, ſigillum concordiæ Pfortzhemenſis. Nulla adhuc cuiusquam cædes facta, ſed minæ atroces, crebræque; quamquam in Politicis omnem obedientiam ſpondeant, & præ ſe ferant. De . . . apparatibus bellicis iam audiviſſe te puto, 26. Iunii omnibus vaſallis ſuis edixit, inſtruerent ſe paratos ad defenſionem Provinciæ, contra quemcunque. & intra 14. dies reſcribant, quot equos adducturus ſit quisque, ſi Dux intereſſe ipſe expeditioni velit, quot item, ſi alium ductorem mittat. Aiunt hæc apparari, ut Salisburgenſis Præſul deiiciatur, & Epiſcopatus Erneſto Colonienſi tradatur: quod mihi non ſit credibile, & puto ob metum Turcæ hæc inſtituta, per commodam tamen occaſionem, etiam aliò uſurpanda. Architectus quoque Ant: Vaillant litteras tuas quinto die poſtquam ſcriptæ eſſent reddidit, accepi hominem, commendavi Cancellario, ſuaſi libello deſiderium proponeret ſuum, & inſtruxi quos adire[præcipuè deberet, Mareſchallum imprimis], ſub cuius diſpoſitione talia: & porro qua potero iuuabo hominem. De rebus . . . . . nihil tangit in ſuis ad me Iunta noſter, niſi quod ſperet te ventu-

venturum à nundinis. Sentiunt quid amiſerint in . . . felicis memoriæ, cuius deſiderium neq; apud me lenius fieri poteſt. In Sierii litteris nihil omnino, præterquam Reginam bene valentem venationibus indulgere, & proviſa omnia contra conatus Hiſpanicos. Princeps meus quoque venationibus ſe oblectatum ivit Friderichsbühelum: Electrix cum infante valet. Deus te ſervet eximium decus ſæculi. Heidelbergâ 16. Sept. 1601.

XXX.

INſtitutum ſervo, quamvis argumentum non ſit, & dubitem num abitus tuus has præverſurus ſit Retractare quoque volui, quod nuper nunciavi, non enim Mauricius Landgravius, ſed Ludovicus Marburgicus, compater delectus, & dies baptiſmo prolata in 28. Octobris, miſſusque eſt Otto Comes Solmenſis, qui ordines Mauriciumque ad feſtivitatem invitaret. Electrix & infans valent. De . . . adminiſtrationis exitu nihil adhuc perſcribitur, adeô opera nobis data, ne quisquam nobis placere, aut ſua conſilia communicare velit. Salisburgenſis ideo aptus iniuriæ videtur, quod ſæpius à

Papa Romam citatus comparere noluerit, tandem anathemate percuſſus, ideoque . . . : eum deturbare de ſolio Archiepiſcopali & patruum ſuum illuc ingerere cogitare dicitur. Mihi nondum res fit credibilis. Magni Melitenſis magiſtri nomen & Patriam nuper ex te audiviſſe me memini, ſed non rectè planeque ex ductu ſcriptionis ſuæ, videtur Trignacourt vocari, tu dirige, ſi potes, nam reſpondere ad litteras ſuas cogitat Elector. Te avidè exſpecto, rurſusq; hoſpitiolum apud me offero, ſi tantum hoſpitem meretur, & aſſecla tuus Graviſſetus cum ſuis, nam & illum expecto, oſtendamque ipſi, poſſe nos etiam ſine exquiſitis deliciis, quæ ipſi familiares, hilariter, frugaliterque vivere. Deus vos lætos lubentesque adducat. Vivite felices, tu imprimis vita digniſſime. Heidelbergâ 18. Septembr. 1601.

XXXI.

QVod proximè abeunti non valedixi, eò factum eſt, cum qui in curru vehebantur, avertiſſent iter. Adminiſtrator Saxo ſcripſit Electori meo, Chriſtianum Electorem Saxoniæ 23. Sept. munus & dignitatem

tatem Electoris ſuſcepiſſe, & ſe in procinctu eſſe, migrandi in ditiones hereditarias ſuas: gratias agit Electori meo pro exhibitis officiis per geſtam adminiſtrationem : offert viciſſim ſtudia, & vota facit pro pupilli ſui felice gubernatione. Princeps meus gratulaturos mittet quoque. Huttenus id præſtabit, ni impedimentum aliquod intervenerit. Omnino] te quæſo, ut Saxoni ſcribas, ſicut conſtitueras, fortè id viam patefaciet ad maiora. Comes Palatinus Ludovicus Philippus ſeptimo die poſt acceptum in oculo vulnus deceſſit, media ſexta hora mane 14. huius menſis: Elector totam noctem ipſi adſedit, quamvis ſermo intercidiſſet: Mortuo apertum eſt cranium, & repertum, quod digiti minoris longitudine lignum tenuiori oſſi oculi infixum hæſiſſet, quod digitis evelli non potuit, reperta vis ſanguinis defluxiſſe inter tunicas cerebri & cranium, unde dolor gravis in occipitio. Funeri dies dicta 22. huius menſis, idque matri, fratribus ſororibus denunciatum, cùm . . . . huc acceſſitus, detrectarit, & omnem funeris curam Electori permiſerit. Elector in magno luctu, adeò abominatur haſtiludia, ut ſtatim deiici iuſſerit repagula ad quæ concurſus fieri ſolitus, profeſſus ſe potiente rerum, ludis huiusmodi Heidelbergæ porro locum non

fore. Baptiſmi feſtivitas nihilominus procedet, nec enim differri poteſt, invitatis iam omnibus, quibus renunciari ob longinquitatem non poſſet. Cancellarius noſter ſemel in Senatu mihi viſus, vacat Hendſchuchſemianis negotiis. Mareſchallus Helmſtadius gratias tibi habet de ſalute per me dicta, ſpero fore ut incidat reditus tuus in ipſas feſtivitates, ubi cum iis colloqui licebit, qui ab ordinibus mittentur, unde fructus in publicum redundabit. A Cæſare mittitur huc Landgravius Leuchtembergicus, exſpectatur hodie, quid ferat, neſcio. Credo fore, ut funus iſtud hominem abigat alioqui hic ſubſtiturum ad ſolleinnia Baptiſmi: Vitabit enim, ut opinor, moleſtiam ceremoniarum & concionem ſacram. Nihil gratius elogiis Regis, Villeroyque de Lobbetio: maioris ego hæc iudicia facio, quàm cathenas aureas aliaque, in quibus vulgò gloriantur: ego aſſervabo diligenter, atque utinam ad poſteritatem propagari poſſit exemplum tantæ virtutis & præſtantiæ. Salutant te amici. Vive valeque amicorum coryphæe. Heidelbergâ 16. Octobr. 1601.

Pro-

XXXII.

PRofectò anxium me fecerunt litteræ tuæ ſuper itinere Helvetico; Deus rata faciat vota mea, ut te ſalvum videam reducem, re ex animi tui ſententia geſta. Apud nos eſt à Cæſare Duce Mutinenſi huc miſſus David Geriniius, qui Pragæ ſollicitatorem agere ſolet, is litteras attulit quibus fidem legationi ſuæ fecit. Narravit autem quomodo Papa per iniuriam & vim Ferrarienſem ipſi Ducatun eripuerit, nec eò contentus, etiam Comachium Imperii Romani feudum unà abſtulerit; iam etiam Saſſuolum mortuo Pio ſine heredibus, ad ſe ut proprietarium devolutum, quod & ipſum feudum Imperii, à Papa appeti, miſſo AEnea quodam Pio, qui tamen familiam ſuam docere non potuerit: re autem ad Cæſarem delata, artibus Nuncii Apoſtolici factum, ut Cæſar ſequeſtrum miſerit, quod Mutinenſis deprecatur, & petit ab Electoribus, ut pro ſe apud Cæſarem intercedant; quod noſter omnino facere conſtituit. De Dn. Ancelio is omne mihi dubium exemit, florere ipſum & crebrò in aula bene valentem conſpici: quod vehementer gaudeo. Abit autem

Mutinenſis ille Legatus ad Brunſuicenſem, Saxonem & Brandeburgicum: alium autem Pontificiæ religionis miſſum ad Electores Eccleſiaſticos. Aiebat ille Mutinenſem ad defenſionem inſtructum, modo auxilium aliunde obtinere poſſit. Pervulgatæ Italicæ narrationes habent etiam aliquid ea de re. Deus te ſervet, decus orbis. Heidelbergâ 24. Ian. 1602.

XXXIII.

RHedarius Argent: non omnino ſceleratus, nam Spira & litteras & ciſtulam illibatã miſit per rhedarium noſtrum 12. Febr. veſperi, doleo te anxium interea fuiſſe. Sed Capitaneus Sage mirificè angebatur, verùm ea res bene ipſi vertit: nam ab Electore equum præſtantem tulit & muneraalia, ut plane fortunæ filius audiat: perpetuò deductus ad venationes & epulas, cras diſceſſurus putatur. Illuſtriſſimæ Electrici per Tondorfium exhibenda dedi Coroneata; Mareſchallæ Bockiæ tradidi ipſe, quæ tibi ingentes gratias, ut & uxor mea agit, egoque de caſeolis aureolis: Carolus Paullus cum uxore ſua quoque guſtarunt & commendarunt, cum lætis votis pro tua valetudine, quo nomi-

nomine & vina coronavimus. De comitatu Seinenſi ſic habe, Henricus Comes, ultimus ſuæ ſtirpis ſine prole, proximum adignatum habet Expræfectum magnum noſtrum Ludovicum VVitgenſtenium, ſed illi, ut ſolet, infenſus, id iam dudum egit, ut peſſum daret omnia, adeò ut præcipuam ditionem Comitatus, qui feudum ab Electore meo, intervertere in Colonienſem voluerit, & inveſtituram eius à Colonienſi obtinuerit. Itaque cùm variè in Principem peccaſſet, & iam fraudare & Dominum & agnatum omnino operam daret, conſultum viſum, occupare Hachenburgum, præcipuum caſtrum & oppidum, idque factum per VVilhelmum Comitem Solmenſem: iam audiri expetit Comes Seinenſis, idque fiet, & tranſigetur, ut opinor, æquis condicionibus. Gruterum puto fore ſucceſſorem Meliſſo in Bibliotheca Palatina; equidem is omnium mihi videtur ad eam rem aptiſſimus. Dn. Pleſſenius cum plurima ſalute mittit nova hæc de rebus Livonicis: ego ſtillum Baronis Donani agnovi, qui hæc Deſſam perſcripſit. A Præſide Collio litteras habeo Baſileæ datas 11. huius menſis, ait ſe confectis rebus ſuis, in iter ſe daturum hac hebdomadâ, ideoque in horas ipſum exſpectamus: apud Rhætos per ſententiam ipſi

adiudicata 8. millia aureorum in liquidis, de reliquo, longior res. Ait iſtos homines Helvetios valde infenſos Gallis, quod necdum nummi compareant, ideoque fœdus necdum ſubſcriptum aut ſigillis confirmatum. Vive valeque Magnifice Domine, & verboſitati ignoſce. Heidelbergâ, 18. Februar. 1602.

XXXIV.

FReherum noſtrum ut ego ſine meis ad te abire patiar, non ſi duplo diſtrictior ſis, quàm hoc tempore ſoleas: ità novi te, ut quos amas, eorum quoque importunitatem toleres æquo animo. Illuſtriſſimo Bullionio Duci reſcriberem libens, ſed ante tecum lubens communicarem conſilia; illum certè reperi ſalutis publicæ ſtudioſiſſimum & conſilia ipſius rectiſſima: valde me ſibi devinxit, & in admirationem ſui pertraxit. Sollicitè exſpecto quid Regiæ litteræ tibi adferant, & iam mente præcipio felicitatem meam, ſi iter illud, quod mihi neceſſario obeundum, in tuo comitatu, conficere detur. Aveo quoque cognoſcere, bene habere Graviſſetum cum ſuis, res ex animi ſententia confectas

ſectas in Gallia; eum cum familia ſaluto. Ex Aula nobis nunciatum fore, ut Geitzkoflerus à Cæſare huc mittatur, coniectura facilis, cui fini. Comes Otto Solmenſis reſponſum tulit à Rege per Mæſſium, quale tu iuſſu Regis noſtris Fridbergam euntibus indicaſti, excuſationes, ſunt Helvetii, Ordines, Anglia, nuptiæ, bellum Sabaudicum. Comes audientiam ſibi fieri rurſus petiit: ſed illud reſponſo additum, menſe Octobri Regem conſtiturum, unde ſatisfieri Electori poſſit. Vive valeque magnifice Domine. Heidelbergæ, 27. Mart. 1602.

XXXV.

SAlutem dixi collegis meis tuo nomine, qui iam ſolliciti erant de te accipiendo, & quærebant num mandata haberes ad Electorem, imprimis Cancellarius. Grynæus honorificè habetur, in arcem adductus pranſus eſt cum Principe, ſenex dignus omni honore. Tondorfius excuſatum ſe cupit, quod te non adierit, aderat & ipſe Principibus in noctem usque. multum queritur de catarrhis & tuſſi, magnam ſpem in fonte ſalubri Mombelgardico collocarat, quæ ex mea relatione & adſpectu oculorum meorum

rum ipſi nonnihil imminuta: Comitem ſe tamen adderet tibi poſt nundinas Argentinenſes. Solmenſes Comites hic exſpectantur: Comiti Ottoni tradam quod à Graviſſeto per te mihi commendatum. Grutero miſi libellos duos Curtii, ſed virum necdum vidi, in aulam accerſitus à Principe. Reſalutant Præſes, Grunradius &c. conſervet te Dominus columen rei labentis publicæ. Heidelbergâ 27. Maii 1602.

XXXVI.

NVllum finem tu ponis munificentiæ, pro gratiſſimo & opportuno munere gratias tibi agit maximas uxor mea, quæ & beabit Matronas deliciis illis, & invidiam ſibi attrahet, ob varitatem & peregrinitatem. Inſuper & gratias agis, tanquam egregiè noſtro munere defuncti eſſemus, cum importunè te abſtraximus ad tenuitatem noſtram: animum illum tuum erga me diligo, atque utinam factis præſtare queam, quod animo cupio aſſiduè. Grynæi, Polanique conveniendi facultas non fuit, indicabo ipſis quæ iubes. Princeps hactenus eos detinet, & quamvis colicis doloribus vexatus, tamen menſæ plerumque adhibuit, petenti-

tentibus permiſit ut die Sabbathi domuitionem ſuſcipiant. Grynæus in Eccleſia publicè docuit heri, cras coram Principe in aula concionem habiturus. Tondorfius incertior eſt quàm usquam, de uſu fontium, quem diſſuadet medicorum unus, & ipſi ex longa deliberatione tædium obrepit; ſed ſi te comitem habere poterit, non morabitur ultrà, ô cur non ego aſſecla veſter eſſe poſſum, non ob fontes, quorum uſus meæ ſpei non reſpondebit, ſed fontem illum limpidiſſimum, qui ex pectore oreque tuo profluit, quo nunquam ſatiabor ego. Hermanus Comes Berganus Rhenum traiecerat cum 70. equitibus, infeſtus Germanico equitatui, ſed illius adventus iam innotuit. Aiunt Mauricium Heſſum delectui intereſſe, id narrat Cancellarius noſter: qui te reſalutat cum collegis, item Præſes & Gernandus. En litteras quas Præſes, egoque Argentoratum miſeramus, Iunthâ procurante. Deus te ſervet, eximie virorum & amicorum. Heidelbergæ, 3. Iunii. 1602.

XXXVII.

GErnandus Miegiusque ſalui ad nos venerunt, litterasque tuas tradiderunt, in quibus iter Solodurenſe reiicere

cere videris, ille tamen aſſeverat te ad Bitonium abiiſſe, De Domini Toſſani obitu ſcripſi feſtinanter ante octiduum, iam programma de ipſo mitto. Lipſenſis Magiſtratus in conventu Torgano depoſitus, Conſul Schœnherr captivus abductus. Alius Magiſtratus Civitati datus & Mansfeldius Præfectus, ſine cuius ſcitu nihil porro ſtatuere poſſint. Noſter rigidè ſervat inſtitutum. Neſcio an videris emblema ſocietatis initæ inſter Adminiſtratorem & Electorem Saxones, depictum tibi mitto, ſi fortè necdum vidiſti. Vidiſtine Italicum ſermonem del Stato del Partito Vgonotto in Francia? annon continetur volumine illo relationum, cuius uſum mihi conceſſiſti nuper in iter Halberſtadium, nemo noſtrorum hominum id habet. Vive valeque amice magne. Heidelberga, 17. Iunii 1602.

XXXVIII.

Litteras tuas Malaperto miſi per ordinarium noſtrum, de ferina curæ nobis, & Præfectus Venatorum iam pollicitus iuſsâ mittere Laurishemenſi. De publicis, nihil omnino ad nos à diſceſſu tuo perlatum, niſi quod Bilderbekius addidit in

Ami-

Amirantis caſtris reperta arma doliis incluſa, inſtruendis mille hominibus, adeò fugæ ſimilis diſceſſus illius. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Boica Velſeri d[illegible]avi, nihil iam diu eſt, ità me rapuit in admirationem: mirum mihi quod toties P Aemilium veſtrum noter, qui tamen accuratus valde ſcriptor: ſed iſtius hominis diligentiam nihil fugit: & dictio eius pura, propria, conſtricta: ſuperat, (ità rapit me iſtius hominis vis) antiquos. Salutat vos Præſes quoque noſter & Socer meus. Vive vale dimidium animæ meæ. Salveat & Graviſſetus, Gothofredus, Iuncha. Heidelbergâ, 30. Auguſti 1602.

XXXIX.

Dolui, cum ex litteris Malaperti cognovi, iter Domini Ancelii in octiduum prolatum, quod id planè adverſum ſit rationibus tuis. Litteræ ad Electorem de Comitiis a Cæſare venerunt datæ 12. Auguſti non tantum de bello Turcico, ſed & de Iuſtitia, & reliquis capitibus conſuetis: ſed & de tumultu Belgico deliberationes inſtituit:

ſtituit: ſi ipſe adeſſe non poſſit, miſſurum dicit Matthiam fratrem, mandat ne quid præter illa ibi tractetur. Kal Decembris ſtilo novo, Ratisbonam conveniendi propoſitæ. Anxium me habet res . . . . . . Cæſar. ad Anſpachium quoque litteras dedit, petit Adminiſtratorem permoveat, quo is conventioni Obernehanæ à VVirtembergico initæ etiam ſtet: ille verò à nobis conſilium petit, ſuper re quam familiæ ſuæ ignominioſam; & publicè irrecuperabiliter damnoſam ait; quia ille . . . . accurrit, aut idoneos mittit qui Cæſareanis reſiſtant, Capitulum & Senatum confirment, & quod facto opus eſt, præſtent: verùm dum nos invicem nos reſpicimus, & per ſummam ignaviam torpemus, res eò deducitur, ut remediis locus amplius non ſit: ſed querelas tollo O inſigne opus Pleſſæi! pudet me ſæculi noſtri, quod in tanta luce doctrinæ tenebras quærat. Tibi gratiæ æternæ debentur, quæ nos theſauro iſto beaveris. Durlaci ludi continuantur, præmium etiam propoſitum, vaſtiſſimo ori, viro caſeus 60. pondo, mulieri pellicea veſtis: ſed & Marchionis coniux iaculatoribus præmium alterum dedit bovem ingentis magnitudinis . . . . . . Hæ curæ noſtræ; εἰς ἄνεμον ζῶ πανδῆμα. Magnificum Dominum Ancelium ſalu:

ſaluto cum affectu, & totus eius ſum, uti & tuus mancipio. Heidelb. 2. Sept. 1602.

XL.

Litteræ tuæ cum variis litterarum faſcibus rectè mihi redditæ, diſtribui ſtatim omnes, & Anhaltino ſnum miſi. In Caſtilionæi continebantur litteræ Senatus Genevenſis, cum narratione liberationis ſuæ, quam non dubito ad te quoque perlatam. Hodie in omnibus Eccleſiis noſtris publicè Deo ſunt gratiæ actæ ſollemniter. De Republica, fallor, aut iſto conventu, fumi tantùm vendentur, cauſas meæ deſperationis noſti. O mores! Excrucior quod pro Bullionio nihil à nobis præſtatur, omnes noſtros prenſo & capto, ſed incaſſum hactenus. Hodie à Bullionia tabellarius ad Electricem miſſus litteras mihi attulit à Tileno, quarum exemplum tibi mitto, quid ipſa petat, neſcio adhuc, iam enim omnia turbarum plena in arce. Anhaltinus ipſe non venit, legatus vices eius gerit, Donanum vidi curru in arcem vectum. Ceterùm nulli peregrino locutus. Datenus miſit litteras Bullionii ad Regem valde accuratè ſcriptas, ſed quomodo excuſari poterit, ſi Rex nolit Caſſe-

Caſſeroni cognoſci cauſſam, ubi legitimi eius Iudices? Freherus nudius tertius primùm iter ingreſſus eſt, pollicitus tibi ſcribere Varſoviâ de rebus omnibus. Quinta huius menſis diſcedetur hinc, ut audio; valde mirabor, ſi quid in rem communem redundabit boni. Salve decus meum Kal. Ian. 1603. quem tibi reique publicæ feliciſſimum à Deo voveo.

Litteris jam confectis reddidit tuas Dn. Brederodius, gratias habeo maximas de memorandis communicatis, & Bullionii exemplum miſerat quoque Datenus. Deus ſervet porro Genevam bonosque imprimis illos, qui per calumniam premuntur in Gallia. Hodie ſollemnia baptismi filii Electoris pro more celebrata, nomen puero inditum Ludovici Philippi in memoriam avi utriusque. Deus te ſervet incolumem Eccleſiæ & Reipublicæ, atque cœpta tua ſecundet. Salutat te Socer & utraque domus. Litteras commendatas curæ habebo. Domino Graviſſeto reditum felicem gratulor & voveo ipſi familiæque feliciſſima omnia. Heidelbergâ 2. Ian. 1603.

Tabel-

XLI.

TAbellarius Metenſis, hodie ſub horam nonam matutinam, faſciculum abs te attulit cum litteris. Ad eas, quas Argentorato & Bipontio ad me dediſti, reſpondi antea, ac Malapertio miſi, quod omnino exiſtimarem Regem Metas non venturum, eò quod Datheni recentiores litteræ, conſilium mutatum nunciarunt; qui addit Regem decreviſſe 50 millia francorum hoc anno Electori numeranda quattuor vicibus; . . . . Princeps meus Elector cum coniuge profectus heri ad baptismi ſollemnia inſtituta Kyrburgi à Iohanne Rhengravio Ottonis filio. Dux Bullionius una diſceſſit in novam arcem, inde deflexurus ad Comitem Hanoium, atque ulterius Dillæbergam, unde huc rediturus eſt. Electrix Gernandum, meque expedivit in Hollandiam, ſed ità tamen, ut litteræ nondum omnino confectæ ſint; ideoque viâ ante ſextum abhinc diem ingredi poſſimus. Dn. Brederodius hodie reſponſum ſuum demum tulit, cum eadem animi oblectatione, qua tu tuum, intra biduum hinc diſcedere cogitat Francofurtum, monui ipſum, ſi

quid

quid per hanc occaſionem ad te litterarum dare vellet. Præſidi necdum fatalis dignitas tradita, remoras iniiciente illo . . . ., qui omni conatu avertere tentat animum Principis à propoſito, qui firmus perſeverat. De Comitiis expectamus quotidie propoſitionem, nam & Archidux Matthias Ratisbonam advenit, & noſter Procancellarius Culmanus cum Camerario ſecutus Baronum Donanum, ut iam haud dubiè illi in mediis undis fluctuum comitialium verſentur. Anſpachicus tamen Leuchtembergico reſpondit, non poſſe non graviſſimè queri Brandeburgicos de ſententia . . . quâ ignominia afficiantur, & niſi retractet . . . ., vix fore ut Brandeburgicus Elector ad Comitia ſuos mittat, neque verò ipſe etiam pollicitus ſuos eò ablegare: à noſtris tamen nihil adhuc litterarum vidi. Ad Argentoratenſem tractatum venerunt Cardinalitii ſine alio mandato, quam ad audiendum. Capitulares poſtulata ſua ſplendidè, ad ea Cardinalitii regeſſerunt, non ſe ea initura, ſi maximè florerent adverſarii: placuit tandem diem proferre, itaque 7. Martii noſtro ſtilo alius conventus indictus, ad quem rogatur Elector quoque ſuos mittere, quod non puto futurum. Itaque miſerè concidit res illa tota, quam tu rectè nominas in tuis

ad Ad-

ad Adminiſtratorem portam ad ſervitutem. Ex Hungaria nihil habeo memorandi. Vaſtationes Tartarorum nunciantur: noſtrorum militum diſſipatio ob non ſoluta ſtipendia: inuaſio Peſtanorum in Turcicas mulieres quæ thermis vtebantur ad Budam: ibi complures occubuiſſe nunciantur Turcæ & mulieres nudæ in oppidum aufugiſſe: late vagari Tartaros vt etiam à Grætio non longè abſuerint. A Frehero nihil habemus, neque ex aula Cæſaris quidquam: Reſalutant te noſtri, Socer meus Pleſſenius, Præſes, Gernandus, Gruterns, qui magnam ſalutem à ſe ſcribere me iuſſit. Dominum Graviſſetum officioſiſſimè reſaluto eique gratulor quod relatus inter eos qui pecuniam hoc anno à Rege recepturi. ità enim nunciat Dathenus. Salve decus meum: Deus cœptis tuis adſit. Heidelbergâ, 3. Martii 1603.

XLII.

Litteras tuas Lutetiæ datas rectè mihi reddidit Orator Regius, gratias habeo maximas, quod me inſtruis iis, quæ gratiſſimum eſt cognoſcere. Heri litteras domo accepi, 9. Aprilis datas, nunciant

nuptias Landgravii Mauricii cum Iohannis Naſſoici iunioris filia 15. annorum, formoſiſſima puella. Dux Bullionius ibi erat adhuc, & legati noſtri quatriduo poſt erant ad vos diſceſſuri. In Comitiis nihil erat actum hactenus, niſi quod diſputatum de ſeſſione Megalburgenſis adverſus quoſdam alios, interea Pontificii ſollemnes proceſſiones cruciarias agitabant, & putantur machinari exitioſa Evangelicis: etiam Saxonici infenſi ordinibus iſtis, iactant ferendum non eſſe, vt teneant ea, quæ ad Imperium pertinent; & toties prædas auferant. Anhaltinus 4. Aprilis Ambergá diſceſſerat ad Imperatorem: Deus bene vertat. Freherus 30. Martii diſceſſurus erat Cracoviâ: Eo res perducta erat, vt Brandeburgici Ducatum Pruſſiæ retinerent, 50. millia annua Poloniæ Regi eo nomine ſolverent, & iam in numerato 150. millia pro iure tutelæ. Sed inde diſceſſum eſt re infecta & decretum vt intra annum Comitia indicantur. Adducit Freherus octo iuges equos præſtantes, à Duce Radzivilo miſſos Electori, aliaque, ipſe etiam onuſtus muneribus. Præſes noſter tandem Præfectus factus Heidelbergenſis. Nimium nos hic detinemur, nec vlla ſpes vt citò dimittamur, decimus ſextus dies, quod hic ſumus, nec ullum reſponſum tulimus: Ceterùm amica

amica omnia nobis fiunt. Hic conſuetudine gratiſſima fruor Hugonis Grotii ad admirationem docti & politi iuuenis, vix 20. annum complevit. Librum facit de Patria ſua Hollandia: legendam mihi dedit partem aliquam vbi Remp. Athenienſem & Romanam, confert cum Hollandica, & per omnia laudanda & culpanda comparationem inſtituit, vt ſpeculum quoddam eſſe videatur virtutis: dictio autem pura, propria, ſine calamiſtris ad normam Ciceronianam, Iulianam: quàm miror judicium juxta & doctrinam! Advocati munus habet in Curia iſta: Altero menſe prodibit Martialis Leidæ, nomine cuiusdam ſtudioſi, ſed reverà Scaligeri. Scaliger Euſebii Chronicum dat, cum operoſo commentario. Iam præcipio animo gaudium, quod capturus ſum ex complexu tuo, ſi te apud nos ſalvum videro. Confido enim omnino fore, vt me hinc extricem, quo ante Maii exitum, domum repetere poſſim. Cuius deſiderium facit, vt ingrata mihi hic ſint, aliter valde expetenda. Det tibi Dominus, vt pro voto tuo, reliquum vitæ traducere poſſis ad nominis ſui gloriam, & Reip. utilitatem, ſive ea Eccleſiæ & ſaluti publicæ inſerviat, ſive per ingenii tui monumenta poſteritati. Germandus ſalutem tibi dicit. Nomen tuum in

iſtis partibus celebre & in eximia laude. Vale vir ſumme. Haga-Comitis, 22. Aprilis 1603.

XLIII.

RESpondi ad ternas tuas ſimul redditas 14. Maii. Sed & Vander Mylius reddidit tuas 17. Maii ſcriptas, quas grates referam pro tanto amore? qui tantum tibi laboris mei cauſa ſuſcipere adigit, & rurſus *χρύσεα χαλκείων* permutare, qui pro exiguis libellis theſauros reponis: facis ut ingrato mihi ſit moriendum. Parmenio ſollicitus valde, nuper rurſum ad me ſcripſit: hic reiiciunt omnia in eius reditum, qui Heidelbergam miſſus; nos hic quantũ video, omnem operam luſimus, ac reſponſum tulimus deterius omnino ſpe noſtra, quamvis ea perexigua eſſet: hodie, ut ſpero, abrumpemus, ac domum redibimus: quam toto pectore averſor negotiationes omnes cum Magnatibus, & libellis me dare cogito, in quibus mens mea acquieſcere poteſt. Grotii conſuetudo, ægritudinem meam mirè ac pænè unicè lenivit, quem magis magisque miror. Noſtri putant me iam in reditu eſſe, ideoque de Comitiis nihil ſcripſerunt. Audio

Solmen-

Solmenſen & Pleſſenium in Angliam traiciſſe, & per Galliam conſtituiſſe redire, ut reſponſum in reditu ferant. De Ieſuitis in Galliam admiſſis, rurſus, omnium ſermo, Deus det meliora: quàm egregie monet Regem denuò Arnaldus, cuius libellum apud Vandermylum legi. In tuo adventu ad nos exſulto, & Deum comprecor, ut rebus tuis ex animi ſententia confectis ſalvus incolumisque ad nos redire poſſis, ubi à me omnia grati animi officia & obſequia exigere debes. Vive valeque vir ſumme, & decus meum eximium Hagâ Comitis 24. Maii 1603.

XLIV.

SAlvi rediimus domum, 8. huius menſis, ſalva omnia reperimus, niſi quod recordatio imminutæ domus obitu filioli dulciſſimi gaudium temperat: ſed litteræ tuæ amabiles, quæ adventanti etiam de reditu gratulatæ, ſcriptæ Lutetiæ 28. Maii, dum Hagæ fui, novem abs te epiſtolas accepi, non credas quanto meo gaudio. Neſcio autem an iſtæ te reperturæ ſint Lutetiæ, cùm ſperem Argentoratum te ad nundinas venturum; quod utinam fiat, & te coram am-

plecti detur. Litteræ Regiæ ad Caſaubonum præclariſſimæ: amo magis magisque hunc Regem & faveo ei, quàm metuo ut collidantur duo Reges magni. Ordines in magna exſpectatione ſunt, & videntur plus ſpei in veſtro, quàm in novo illo collocare, ambigua iis planè ſpes & metus pænè prævalet. A Principe Mauricio id reſponſi tuli ut putem fore, ut hic acquieſcatur: donavit Germandum meque singulos cathena aurea, magnum affectum teſtatus erga noſtros. Comitia necdum finita: octoginta ſex menſes à plerisque decreti, itemque legatio ad Ordines ſuper pacificatione rurſus. Onolsbachium mittitur Huttenus gratulatum, & ut conſilio juvet novos Principes. Hic florent Principes, & Bullionius nobis adhuc adeſt, quàm doleo viri ſummi caſum. De oratoribus noſtris avidè exſpectamus lætiora: ſed hæc mitto. Munera tua, Artemidorum & Cæſares Caſauboni hic reperi, gratias habeo maximas: heu quando aliquando relaturus? Sed avocor, vive vale decus meum, & ſalve, etiam à Præſide & Lœfenio. Heidelberga, 13. Iunii 1603.

Proxi-

XLV.

PRoximè ſignificavi me poſt longum intervallum binas tuas accepiſſe, iam Argentorato miſſæ etiam tertiæ 6. Decemb. datæ: gratias habeo maximas de affectu, quem erga me video conſtantem, utinam & pectus illud tui ſtudioſſimum demonſtrare poſſem. Tilenus programma Flexenſe nobis non miſit, mittet fortè monitus à nobis: Quid dicam de peſte illa? niſi irâ Dei ingratis hominibus immiſſam: Iſti homines & in Imperio omnia turbant. Abbas Fuldenſis mandatis Imperatoriis adigit omnem nobilitatem eius ditionis ad abolendum exercitium religionis reformatæ, itemque Hammelburgum oppidum ſuum, ubi per 60. annos Evangelium annunciatum fuit; & urget ille iam, ut is ipſe miniſter Evangelicus, quem eis dederat ipſe, eiiciatur, & miſſificus ſubſtituatur. O ignaviam incredibilem noſtrorum. Certè nos nihil ſumptuum in eam rem erogamus, quam credimus Reip. detrimento ceſſuram. A Capitulo Argent: hic ſunt Dux Lunæburg: Auguſtus & Dr. Statuarius, ii petunt conſilium, & auxilium pecuniarium: ad Saxonem

profecturi ſunt, ad quem VVirtembergicus ſcribit, & cauſam commendat: etiam pecunia ipſos juvat. . . . . dicitur Geizkoflerum, qui Durlaci erat, ad ſe accerſiviſſe, neſcio quid novorum conſiliorum agitans, credo ut nummis aliquot obtentis infauſtum ſibi munus deponat. Landgravius Leuchtembergicus poſtridie Natalis hic erit, metuo quidquid id eſt, quod huc cum adducit. Servet te Deus, & det ut ex animi tui ſententia confectis negotiis ſalvus & & valens ad nos redeas. Heidelbergâ, 20. Decemb. 1603.

XLVI.

SVperiore ſeptimana ternas ad te dedi, prout ſupervenit aliquid haud indignum viſum tua cognitione. Iam à Frehero noſtro adeptus narrationem hanc, de rebus geſtis hoc anno præterito in Hungaria, ex Cæſaris aula ſibi miſſam, quamvis imperitè deſcriptam, mittere tamen volui. De . . . . . obitu res certa, aiunt Capitulares eum minimè lugere, quod innovaturus multa putaretur. Convalvit Princeps Fridericus, iter Sedanum verſus ingreſſurus. 16. Ian. una cum Bullionia. Elector proſecutus

cutus Leuchtembergicum, Darmſtadium usque, comitabitur abeuntem filium Lautream usque. Heri litteras accepi à Leſierio noſtro Vliſſingæ datas 22. Decemb Cobhamo & Rauleigo ſupplicii gratiâ facta, & in Turrim Londinenſem reducti erant ambo. Nos ſuſpenſos tenet Ieſuitarum receptio apud vos: O ſi Parlamenti auctoritas Regem excitet ad ſuam ſalutem conſiderandam. Ego cum Præſide Gernando abeo ad fratris Alexandri nuptias inſtitutas in 16. Ianuar. Pater meus id vehementer expetit: Quanto acriore cum deſiderio eò excurrebam, cùm tu illiceſſes cum felicibus Lobbetio & Hochfeldero, ſed illi curſum ſuum cum laude peregerunt, nos noſtra manent fata. Denaiſius noſter iam ultimam manum adhibuit Δώρῳ; credo placiturum tibi opus, nihil enim mutavit: & cum conſidero aviationes interpretis veſtratis, animum inducere non poſſum, ut credam Regi viſum ſine magna indignatione: adeò ne mentem quidem ſæpius aſſequitur, quæ cōſiderabimus aliquando, cùm Deus nobis unà vivere dabit. Salve at Magnificus Dn. Ancelius, Clariſſimus Mercerus & Caſaubonus, quorum nova ingenii monumenta avidè exſpecto. Tu ſalve decus noſtrum eximium. Heidelb. 12. Ian, 1604.

XLVII.

TErnæ mihi abs te ſimul redditæ 19. 26. Ian. & 3. Februar. ſcriptæ, quàm gaudeo te ſalvum rediiſſe Lutetiam, confecto negotio utiliſſimo in coëmptis reliquiis, Cujacianæ Bibliothecæ: rideant alii ſtudium hoc, ego admiror, & omnium laudibus prædicandum cenſeo, & ſpero particips fieri gaudii illius, quod inde redundabit in publicum. Det modo Dominus tibi otium, quod ſpero ubi domeſtica tua conſtitueris, & Rex meritorum tuorum rationem habuerit, quod voveo. Socero meo reddidi tuas ità uti erant reſignatas, cum meis, ſic decet inter alteros eosdem, quàlis ipſe mihi, ſcriptionem illam communicaverat mihi, ut ferè omnia. Tua verò reſponſio mihi placuit ut pote candida & ſincera. Pleſſenius necdum Sedano rediit, quo cum Principe ac Bullionia pervenerat 28. Ian. Expectatur in dies. Moguntinus Archiepiſcopus factus eſt ante quatriduum, Iohannes Svveikartus à Cronemberg, qui Decanus Capituli fuerat, ...
. . . .
. . . .

Epiſco-

Epiſcopus omni conatu hoc munus appetiverat, multis ante corruptionibus uſus, ac tandem ipſe Moguntiam venit, ac in comitatu eius notatus currus, auro & argento ità onuſtus, ut octo equis vix traheretur. Sed collegium illud coruum deluſit hiantem. Elector noſter adhuc podagrâ vexatur, quæ ipſum arcuit, quo minus celebritati baptiſmi Lauterekæ inſtituti à Guſtavo Comite Palatino intereſſe potuerit. Sed omnino confidit, alteri quæ ex eodem capite Darmſtadii inſtituta eſt, celebritati intereſſe poſſit. His Lupercalibus adfuturi putantur illi complures Principes. Turcicus Imperator ad plures abiiſſe pro certo nunciatur 21. Decemb. filium reliquiſſe novennem. Scrivanum propendere ad Cæſarianos & Boſnam traditurum, Mauros in Aegypto etiam turbare, & Perſam Tauriſium vi cepiſſe, & neſcio quæ inde maior ſpes pacis, quæ ſerio tractatur Strigonii. Memorandi nihil habeo præterea, & avocor. Itaque vale decus meum, & quod gnaviter facis me tui amantem amare perge. Heidelbergâ 10. Februarii 1604.

XLVIII.

HEri mihi redditæ tuæ 9. Febr. datæ, una cum regali planè munere, Hiſtoria Thuani, tamdiu deſiderata. In eo verò triumpho, quod præſtantiſſimum librum, unus ego & ſolus habeo, incomparabilis amici beneficio ac liberalitate. Totus fui in illo, & oculis meis bellum indixi, adeò de manibus deponere non poſſum ſcriptorem planè ad genium meum. Gaudio nos repleſti, nuncio certi adventus tui, obſecro te hoſpitium tibi apud me ſume, neu adſpernare tenuitatem noſtram. Tantum deſiderium tui impreſſit diuturna abſentia, ut paucorum dierum conſuetudine temperari ſitis illa non poſſit. De Βασιλικῷ δώρῳ iacta eſt alea, liber iam typis expreſſus eſt, & conſiderata fuerunt illa ipſa quæ notas ab interprete, ſed vicit utilitas libri, & ingenuitas, ut incorruptus proponeretur. De Mauricio illo Auraicenſi, & Renaldo video graviora ad vos delata, de illis rebus coram licebit tutius. Princeps meus cogitat adhuc Darmſtadium iſtis Lupercalibus, quamvis necdum rectè reſtitutus. Cronebergius, ut proximè ſcripſi, Moguntiæ Archiepiſcopus

factus,

factus, jubet nos ſperare . . . . necdum mitigatus erga . . . . . , metum adhuc facit; ô . . . . , quoties ſe politicis negotiis immiſcet. Quam doleo referre me gratiam tibi non poſſe pro innumerabilibus beneficiis tuis, & hoc ægritudinem meam auget, quod ſumptu tanto tibi conſtat amicitia mea, & quod modum exceſſerunt dona tua, ut impar ſim referendæ gratiæ: ſed quid verbis te obtundo, ubi factis opus eſt. Præſes gratias tibi maximas de Milite Gallico, ſalutat te officioſè, uti & Præfectus, collegæque mei, Freherus, Gruterus, Gernandus, etiam Grunradius. Servet te Dominus, Eccleſiæ & Reipub. neceſſarium virum ac reddat nobis ſalvum & florentem. Salve amice magne. Heidelbergâ, 14. Februarii 1604.

XLIX.

Binas abs te his diebus accepi *6.* & 11. Maii datas: gratulor tibi toto pectore reditum Lutetiam, ſed iſtud miror quod ne verbum quidem de tuo ad nos reditu, quem impatienter exſpecto. Me quoque perturbat & proditio illa conſiliorum, & au-

& audacia Ieſuitarum, verùm hæc in manu ſunt Dei. Summus ille vir Thuanus, per litteras ad Gruterum petiit cenſuram noſtrorum hominum, de rebus Germanicis. Denaiſius meo rogatu coniecit ſuam in chartam hanc quam mitto, ſpero non indignaturum ipſum, & agniturum inductum ſe auctoribus, qui non ſatis explorata tradiderunt: nam hæc ità ſe habere tu rectiſſimè judicabis, ut pote optimè gnarus rerum noſtrarum. Principes rectè valent, neque eſt memorandi quidquam. Præſes nimirum apud Helvetios eſt, is ſcribit fruſtra Badenæ tentatam concordiam inter Bernates & Friburgenſes. Per maiora concluſum, ne religionis reformatæ hominibus locus apud Valeſios eſſet; ii ad Tigurenſes partim migrant, partim ad Pontificios ſe congregant. Decreta Helvetiorum ſplendida legatio ad Fuentanum, de demoliendo caſtro in limite Griſonum exſtructo. Reſalutat te Præfectus magnus, ac collegæ mei, itemque ſtudioſiſſimè Grunradius, Freherus, Camerarius, Gernandus, Gruterus, Dathenus. Brederodius has litteras mihi commiſit, ab Onolsbachio & VVirtembergico ſpem bonam reportavit, iam Caſſellas proficiſcitur. Gothofredum brevi habebimus, ut ſpero, petiturus erat facultatem diſcedendi à

Scho-

Scholarchis. Graviſſetus mirè officioſus fuit in Socerum meum, Socrumque, quod prædicant vehementer, nota hominis liberalitas & hoſpitalitas. E Belgica nunciantur proſpera adhuc. Deo gratia ſit qui ſuos reſpicit. Servet te Dominus incolumem & det tibi quæ optas. Salve decus meum. Heidelberga, 15. Maii 1604.

L.

LItteris tuis nihil amabilius & tu tamen extenuas ſcriptiones tuas, pudet me ſanè tam inanes tuis rependere. Domino Caſaubono en mitto Arabicum librum. Cavendum mihi fuit, id eſt, cautio præſtanda, fore ut intra ſex menſes reſtituatur: adeo ſolliciti ſunt noſtri ne hi theſauri pereant: qui tineis cederent absque hoc eſſet. Quæ pagellæ interiectæ, omnes numeratæ quoque, & opera danda ne quid depereat. Sanè in Flandria, ſecunda hactenus, Deus porro juvet: apud nos quieta omnia. Moguntinus colloquium expetiit Principis mei 11. huius dicta conventui Alzeiam, Procancellarius & Socer meus unà proficiſcuntur. Rumor ſparſus, quod defunctus Epiſcopus ſtratam montanam, ut vocant, armis à Palatino recu-

recuperare conſtituiſſet, eos ſermones redarguere ſtudet, qui iam præeſt Moguntinus. Ad res Iuliacenſes non eo ardore ferimur quo decebat: reſectæ nobis alæ, ſuperiorum annorum culpis, ad reſtauranda ea, tempore opus eſt, & induſtria. Memorabile illud quod narras de Cornelio, ſimile narrabatur de Petro Paulo Vergerio: ea vis lucis cœleſtis. De Saxone nihil audimus, uti nec de Paderbornenſi re, quam nimis frigidè tractat . . . . , metuens Brunſuicenſem. Præſes noſter ex Helvetia rediit; exiſtimat riſum debere . . . . qui ad Fuentanum legationem miſerint, de caſtro demoliendo, quod cervicibus Griſonum impoſitum. Deum precor, ut te ex moleſtiis aulicis liberet, & ſibi, tibique, ac Reip. vivere ſinat. Salve amice magne, & me amare perge. Heidelbergâ, 5. Iunii 1604.

LI.

GRatulor tibi toto pectore felicem adventum in Germaniam, omnino occurrere tibi conſtitueram; ſed retinuit me abſentia uno tempore omnium collegarum, excepto Procancellario Culmano, ita

ſpes

ſpes nulla fuit obtinendi commeatus. Magnus Præfectus necdum rediit à celebritate baptismi Præfecti Simmerenſis Comitis Ludovici VVitgenſtenii. Principi meo iam adeſt in nova arce Landgravius Marpurgicus ille ſenex, qui Moguntinum inviſerat; Moguntinus ſollicitè purgavit rumorem illum vaniſſimum de montana ſtrata (ſic vocatur in antiquis documentis) recuperanda: Sed alium terrorem iniiciunt, rebelles illi Archiducales, minati invadere Friſiam, & Rhenum traiicere, eo nomine Mauricius Landgravius conventus Circulares expetit reprimendis iſtis. Leſierius noſter ſcribit, fore omnino pacem cum ,, ·· , ſed dubiam. Apud nos rumor invaluit, in capitali morbo iacere Mauricium ad Cluſam, & inde moram, oppugnationis: O Deus quàm fragiles omnes ſpes in hominibus collocatæ. Vormacienſis novus Epiſcopus Cratzius itidem vitæ finem fecit, non diu gaviſus principali dignitate. Sed omnes meæ cogitationes defixæ in eo, ut coram te frui liceat, quàm metuo, ut tranſcurras tantum pro more tuo: ego autem te velim ſedes hic figere, certe non puto in Germania uſquam eſſe plures tibi obnoxios, tuique amantes, quàm hic habeas. Obſecro te, meum Latem ne ſperne, & qui Graviſſetum beas tua præſen-

præſentia, etiam me ne dedignare: vel fallor ego graviter, vel opportunius tibi erit apud me degere, quàm in publico, præſertim, cum liberius omnia quæ voles, imperare poſſis. Domino Graviſſeto ſalutem dico, qui poterit rogatus curare iſtas Mombelgardum. Gratias habeo de procuratis iis quæ ad me ſpectabant. Gratias itidem habeo de Panegyrico, qui communis erit amicis omnibus. Vive valeque decus meum. Salveat & Dominus Gothofredus. Heidelbergâ 9. Iulii 1604.

LII.

IGnoſce quæſo importunitati meæ, & qui me ferres, ſi coram adeſſem, intempeſtivè te compellantem, & ſerias cogitationes tuas turbantem, idem litterulis præbe, quas abiicere vel non lectas tibi liberum. Graviſſeti res confecta, nec reſtat quicquam expediendum: Optimè certè cupio optimo Graviſſeto, & ſcio quàm ille ſit tui ſtudioſus: in amore erga te quidem mihi certamen cum illo, non eadem facilitas in te promerendo. Magno mihi tamen gaudio, amor ille tuus, qui extollit etiam aſpernanda. Sed hæc mitto, tuus ego ſum mancipio, tot devinctus

vinctus [illegible]neficiis. In . . . . . . re, video eo redactam rem ut unicum agant, quo ventres ulterius paſcere poſſint, omni jure & munere publico derelicto. Quid Senatui mentis ſit, nondum cognovi. VVirtembergicus rogatus ut Lotharingos ipſe conveniat, & tolerabiliores conditiones urgeat coram Nanceii, vel per ſplendidam legationem. Bilderbekius ad vos redit, cui has committere volui. Ac iam te ipſum exſpectare incipio, ô ſi diuturnior fructus tuæ præſentiæ daretur. Salveat Dominus Graviſſetus, itemque Marinus. Tuque decus meum ſalve. Heidelbergâ, 12. Sept. 1604.

LIII.

Octiduum eſt quod ad tuas reſpondi 17. Ian. datas Carolo Paullo noſtro, interea nihil abs te relatum, tantò magis intenditur cura noſtra de tua valetudine, quam nimis afflictam narrat valde ſollicitè Paullus. Nos hic habemus Baronem Reidanum & cæteros Brandeburgicos, ſed ii perendie diſcedent domum. Carolus Suecus per ſuum petit, ut Elector ſororis ſuæ ex Sueco filiam ad ſe recipiat pro arbitrio elocandam. . . . . ad

Barrem

Patrem ſuum rectâ proficiſcitur pro 40. millibus, quæ Electori debet, privatim ipſi mutuò data, cùm ſolvere ea non poſſit, offert famulatum ſuum in tot annos quot collibitum erit noſtro. Sed ad illam Legatorum & Principum frequentiam (nam Saxo Coburgicus quoque nobiſcum) acceſſit etiam à Britannia impoſtor, qui ſe legatum dixerat, & nomen ſumpſerat Roberti Gray ex Baronibus Faulenſium. Is ipſe qui Colonienſes eluſerat, & cathena aurea emunxerat, is decepto Coadiutore Colonienſi, Trevirenſi, & Moguntino; per confictas litteras; huc quoque litteras attulit, in quibus dolus ſtatim deprehenſus, itàque ſeriò interrogatus, & remotis famulis tribus, quos Coloniæ ſibi adſciverat, cuſtoditus, faſſus eſt fraudem; & ex chartis quas apud ſe habuerat, deprehenſus eſſe Thomas Douglaſſius Scotus, Regis Secretarii frater, qui ob ſcelera ex Anglia, profugus, hac ſe arte ad opes perventurum putabat: & cùm ſuperſtitioſus Papiſta ſit, conatus ſuæ factionis hominibus utilem operam adverſus Regem ſuum & Patriam navare. Iam miſericordiam Principis implorat, & cùm mortem ſe promeritum fateatur, unum petit, ne ad Regem remittatur, petitque imperitiæ & juvenili ætati ignoſcatur, 25. circiter annorum videtur. Latinè, Gallicè, Italicè

ſatis expeditè, ſed malè fabulatur. Moguntinus ipſum effigie ſua aurea donavit itâ fabrefacta, ut cùm recludi poſſit, in medio habeat . . . . Credo ego fore, ut tota ſeries ad Britannum perſcribatur, & exſpectetur eius voluntas. In Hungaria idem ſtatus rerum. Botskaius offert ad Cæſaris obſequium ſe rediturum, ſi perpetuus ſuperioris Hungariæ Gubernator conſtituatur, libertas & religio ipſis ſinatur, & de iis qui harum turbarum cauſſæ fuerunt ſupplicium ſumatur, & judicandi Hungaris tradantur. Cæſar, ut antehac monui, Circulorum conventus quàm celerrimè indici ad decernenda nova auxilia petiit, & ne hora ulla omittatur in re maturanda. Ecce Vormatienſis noſter ait ſibi videri indicendos conventus in Kal. Maias. Hic ſcilicet oſtendit quam feſtinandum exiſtimet. Ad . . . . . . iturus erat Brederodius, ſed illi certiores facti, per amicum quemdam, ſuadent operæ parcat, non enim receptum ut illi in alios nummos erogent, aſſueti undiquaque capere: candidè hoc, & fide antiqua, ſine fraude dolove. Loiſæ Chriſtinæ Freheræ munus à Graviſſeto ad me miſſum tradidi ſollemniter matri, illa & ſplendorem, & pretium muneris admirata, & verbis extollens,

lens, gratias egit ſtudioſiſſimè. Lipſius iam edit alteram Divam Virginem aſperi collis, & monita Politica, ità Schottus Grutero. Grunradius, Gruterus, Camerarius, Gernandus, Dathenus te ſalutant: Itemque Boſchius, is Scultetus apud nos factus / Bakovius enim in conſilium rationalium allectus. Vive valeque beatiſſime Heidelberg. 5. Februar. 1605.

LIV.

ANte quatriduum ad te dedi litteras, illa veſpera accepi Argentorato tuas 19. Ian. datas, & heri binas abs te 24. & ult. Ian. ſcriptas. Nihil te amabilius, & litteræ tuæ mihi præ omni auro: ſed temperat imò aufert gaudium, nuncius de afflicta tua valetudine: quin tu unicè in eius curam incumbis? non ut medicis te excarnificandum præbeas; ſed ut quidquid valetudinem labefactare poteſt, vites. Si Lutetiana aura tibi gravis, quin aliò concedis, & tandem ad nos redis per mitiorem auram? Certè domi meæ ſuppeditabitur; quidquid voles, quod mea tenuitas non præſtare poterit, amici repræſentabunt, quorum fateris in Germania te nusquam maiorem copiam habere. Si ea

Si ea felicitas mihi contingeret, ut tuo convictu frui liceret, nihil porro expeterem, in tui unius præſentia ac ſuaviſſima conſuetudine acquieſcens. Conſpirat mecum Dominus Gothofredus, qui omnino ſeceſſum in Germaniam tibi ſuadet, ſi valere velis. Fortunarum jacturam te æquo animo ferre poſſe ſcio, ità animum tuum novi ſupra hæc fluxa erectū Interea Deum comprecor, ut te reſtituat & confirmet. Quod gratias agis de libellis miſſis, erubui, qui abs te præſtantiſſima & pretioſiſſima opera habeo, & quotidie gratiſſima & rara munera accipio, ſine ſpe referendi. Marnius graviter peccat, ſi Pleſſæi opus, non legibus datis ſuſcipit, ſed nimis attentus eſt ad rem. Putſchianos Grammaticos deterrimo & minutiſſimo charactere exprimere vult, neque uti paullò grandiori; niſi caveatur Genevenſes non idē expreſſuros: qui certè ferendi non ſunt cum in aliorum res involant cum damno publico. De impoſtore ſcripſi nuper, qui ſe apud Colonienſes, Electores cæteros Rhenanos, & hic legatum Britannicum ſimularat, is iam impoſturam fatetur, & nomen ſibi eſſe Thomæ Duglaſſio, quod propter crimen ex Anglia profugus, ex inopia ad hæc conſilia deſcenderit, deprecatur ſupplicium, imprimis ne Britanno mittatur. Ridiculum eſt, quo-

quomodo ipſe Pontificius & Ieſuitarum Romæ diſcipulus, Eccleſiaſticos eluſerit, Nuncio Apoſtolico Coloniæ perſuaſit Regem Pontificium in corde, ſingulis diebus clam miſſam audire, religionem ſimulare, donec opera ſæcularium Romanorum Imperator fiat: poſt profeſſurum publice quod animo reconditum gerat; atque id ipſum ſpopondit etiam Electoribus Eccleſiaſticis. Si voto potiatur facturum hunc Nuncium Cardinalem, ac ſede vacante plane Pontificem. . . . . ipſi præter cathenulam auream cum ſua effigie, etiam Ianblancum auro incluſum cum armis ſuis dono dedit, ob conſecrationem ad varia utilem. Vive vale anime mi, & valetudinem unicè cura. Heidelbergâ, 9. Februar. 1605.

LV.

EXperiri libet num hac viâ per Argentoratum certiùs & citius deferri litteræ poſſint, quàm illa altera Sedanenſi, qua indignor cumulari epiſtolas & gratiam perire tanta mora: quamvis iam non magna ſeges rerum ſcriptione dignarum. In conventu Bacharacenſi Eccleſiaſtici noſtri liberales ſunt, & Cæſari decreverunt menſes 10.

ſes 10. atqui viciſſim duo illi inferiores negant ſe præſtare quidquam p. ſſe, ob incommoda vicinorum belligerantium: ità quod verbis promittunt, reipſa negant. Nobis ſtat ſententia, nihil erogare, quod ad oppreſſionem fidelium convertatur. . . . . in convivio, vino calidus, in Botskaium omne virus evomuit, hominem eſſe vilis originis, ne quidem ex nobilitate, negotiationem boum exercuiſſe. & cum in opibus vix mille haberet, fraudibus rem auxit ad quinquies centena millia: his opibus ſuffultum, ſpiritus ſumpſiſſe ad Regnum invadendum, auro corrupiſſe Hungaros, & hos motus excitaſſe, religionis nullam umquam ſibi curam fuiſſe, eſſe præterea debilem ſenem corpore mutilato, & ſanguinarium crudelemque, adeò ut Germanis militibus deſectas auriculas dono miſerit Turcæ, magno numero. His ego tamen fidem minimè adhibeo, gnarus quàm ille audacter aſſerere ſoleat, quæ ad ſcopum ſuum facere putat. Anſpachicæ copiæ, ductore Fuxio, concurrunt agminatim: & numeri complebuntur, equitatus conſcriptio irrita facta: ſed Rex præclare, qui tam liberalem opem ferat, pro publica ſalute dimicantibus; nos pro noſtro modulo. Præſes noſter febricula per hos dies à publico arcetur: Denaiſius noſter podagram, incredi-

bili abſtinentia domuit, totis 10 diebus, ne guttam bibit, neque liquidis ſorbitiunculis adeò uſus, ſævos dolores ità repreſſit, ſed ſimul corpus ad ſummam debilitatem depreſſit. A Britanno huc venit curſor Duglaſii cauſſa, eum Rex ad ſe mitti petit, caſtigandum ob impoſturam, qua Regis nomine abuſus: litteras necdum vidi. Aveo cognoſcere judicia veſtra de Idolo Hallenſi: Tilenus vehementer probat, ſed & omnes quos hactenus audivi: Quàm gaudeo Scaligerum in aream proceſſiſſe adverſus mortalium impudentiſſimam ſectam, poſtquam jam alea jacta eſt, pedem referre porro non poterit. Tu vive valeque feliciſſime. Heidelbergâ, 15. April. 16 05.

LVI.

Litteris tuis, Aurelianis datis 17. Apr. nihil amabilius, nihil optatius; & volupe mihi eſt, ſi quid à me proficiſcitur, quod te oblectare poſſit, cùm tu tam aſſiduè me bees. Quàm gaudeo, approbare ſcriptum de idolo, idem omnes boni judicant, etiam Tilenus ac Gentilis laudibus in cœlum usque efferunt, & hic quidem Deum teſtatur, ſe in hoc genere nihil vidiſſe perfectius,

fectius, hoc ſæculo tam feraci talium. Miſeret & me Lipſij, quem veneror, ſed potior fuit cura juventutis præcipuè cui fucus detegendus fuit. Quod publicis tricis valedixiſti, probo in hac confuſione rerum, ſcio nihilominus opem tuam nunquam Eccleſiæ aut Reip. defuturam, ubi ubi occaſio erit. Certè Paullus noſter in tenebris, quamdiu tu ſol ipſi non luces, ſed gaudeo te ipſi adcurrere. Anſpachius exſpectationem de ſe excitavit, utinam ei reſpondeat, peracta celebritate baptiſmi Darmſtadij ad exercitum profectus: etiam Anhaltinus abiit ad Socerum ſuum, inde huc reverſus. Si equitatus quoque inſtitui potuiſſet, momentum aliquod rebus Ordinum acceſſiſſet, jam metuo ut ſcopus obtineri poſſit. Placet quod . . . . . ſummam illam auctoritatem corruptionibus obtinere neceſſe habuit, certum argumentum corrupti regiminis, cùm auro venalia ſunt omnia: rem magnam ipſe præſtiterit, ſi Hiſpanorum invidiam ſuſtinuerit, & cùm . . . . . . non collidatur. Ex Hungaria perpetuò nunciatur, Vngarorum res augeri, Cæſaris ad deſperationem redigi. Varadinum Botskaius obſedit, nulla ſpe ſubſidij reliqua, cum Baſta deſtitutus pecunia & commeatu, etiam deſerere omnia conſtituerit. . . . vidua cuſto-

ditur & qui adulterii in ipſa reus . . . . . Zigenhæmi in vinculis jacet, Illa renuntiavit inſtrumento omnibus quæ maritus in eam contulit, modo cuſtodia ſolvatur, intelligit illa ſcilicet, unde ipſi hæc mala. Iam ſalve amice maxime. Heidelbergâ 24. April. 1605.

LVII.

UBicumq; ſis, amorem mei non exuis, qui elucet in omnibus epiſtolis tuis, quamvis extra lucem aulicam jam degas: nam & jam tuas accepi 21. April. datas Aureliæ plenas amoris. Quàm gaudeo probari tibi ſcriptum de Idolo, certè omnium bonorum cum magno applauſu acceptum eſt. Sed facetiæ illæ ſcholaſticæ commoverunt noſtros Academicos, adeò ut Rector diſtractionem libelli edicto inhibuerit, & jam vindictam ſpirant magiſtri, eò quod nimis contumelioſus ſit interpres in textum ordinem, & quia Goldaſtum editorem huius ludi ex typographo cognoverunt; & ſtilis & telis in illum inſurgunt, atque etiam aulicos in partes trahunt, quos nimis ruſticatim ille tetigerit. Sed tu facetè meam miſeriam tangis, qui triobolares libros rependo tuis au-

reis

reis & pretioſis voluminibus, quæ *αὐτῆς τῆς θυλάκῳ* aſſiduè in me effundis. Lentè adhuc procedit conjunctio noſtrorum, & Charitinus procedit tamen, de Saxone vanè ſperarant quidam è noſtris, itàque jam ſpes illa decollavit, ſupereſt ut ceteros retineamus in curſu, & in eo laboratur, atque adeò Anhaltinus ipſe ad Charitinum hodie profectus hac de cauſſa: pòſt iturus eſt ad Socerum ſuum in VVeſtphaliam. In Franconico circulari conventu decreti menſes 12. Vormatiæ adhuc conventus durat, Heſſi contra promiſſa ſe molles præbent, ut qui grat à ſe Cæſaris indigere fateantur. Hæc cura Reip. quæ ad privatos reſpectus ferè diriguntur. Anſpachius celerrimè ad Mauricium feſtinavit, adeo ut ne Coloniæ quidem pedem è navi extulerit. Deus bene fortunet. Illuſtris Dominus Magnus Præfectus & collegæ te amantiſſimè reſalutant. Mareſchallum nondum compellare licuit. Denaiſius noſter multum debet tibi, de tam amico & æquo judicio de ſuo libello, vides non vane me antea tibi hominis virtutes prædicaſſe. Douglaſſius adhuc hic exſpectat reditum curſoris Britannici. Moguntinus miſit huc exemplum litterarum Britanni, in iis gratias agit de benevolentia, quam oſtendit in litteris Douglaſſio impoſtori datis, & quam-

vis iſte omni ſupplicio dignus ſit, tamen gratum ſibi eſſe, quod per hanc occaſionem ad amicitiam mutuam aditus factus. Regis ad Palatinum litterarum exemplum nuper miſi. Iam quod addam, non habeo, quam nos vota facere pro tua incolumitate & felici ad nos reditu. Vive vale candidiſſimum pectus. Heidelbergâ, 7. Maii, 1605.

LVIII.

LItteras tuas 20. Maii Fontanobleæi datas rectè ad me transmiſit humaniſſimus Gueretinus, qui officia ſua mihi tam amanter & ſubinde defert, ut valde ipſi commodare cupiam. Ad Pyramidis demolitionem juſſu Regis factam ſtupemus omnes, & quis non prævideat, quos ſpiritus ſumpturi ſint, quibus iſte conatus ſucceſſit: ſed Deus omnia hæc ad ſuam gloriam & Eccleſiæ ſalutem dirigit: dejecta mole illa, non extinguetur tamen memoria nefandiſſimi facinoris. Landgravius Mauricius indicavit ſe optimè ſperare, ſi Elector noſter arbitrum ſe præſtet ad controverſias quæ ſibi cum Brunſuicenſi componendas; fore ut firma coeat rurſus amicitia, in ea re jam laboratur. Carolus Paullus modum facere non

non poteſt (neque ſanè reperiri quit) tuis officiis ac virtutibus prædicandis, itemque Tondorfius, atque hi ſermones noſtri pæne unici fuerunt, dum hodie extulimus Gernandi noſtri filium minimum. Vota noſtra ferè, ut te frui hic incolumi poſſimus, & moleſtiſſimis tricis liberari illic poſſis. . . . . cum Comitibus mirificè diſplicuit omnibus noſtris, ob factum inſolitum, & affectatas delicias, cùm in meridiem ſtertit, & ex nocte diem facit, quod importunum toti ſodalitio, ſatis aſperè deriſus maritus qui indulgeat: ego non minùs rideo eos qui iſtis de rebus queruntur, quam hermaphroditarum mores ipſos. Certè Satyrica duo ſcripta in mollitiem ævi, quæ tuo beneficio habeo, mihi maximopere placent, & ſi cui hæc fœditas ob oculos poſita, nauſeam movet, profectò peponem pro corde gerit. Magno cum riſu hodie ex Anglicis litteris cognovi . . . . . . per ſplendidam legationem Britanno obtuliſſe effigiem ſuam cum veſte torqueata & Panegyricum . . . . quo nomine merito deriſus. Mirum cur hero meo invideat Panegyricum hunc, cùm & . . . . . iter & Italicum dono miſerit, ni miſerit, faciam ut exigatur. Cras infelix ille Douglaſſius cum cuſtodibus 6. mittitur ſecundo Rheno in

Britanniam, multis verbis per litteras ab Electore liberationem aut ſupplicium flagitavit, exhorreſcens crudelitatem ſupplicii patrii, verùm obſequendum voluntati Regis.
. . . .
. . . . . . Te ſalvere iubeo, ac voveo ut tricis libereris feliciter. Vale Nobiliſſime Domine. Heidelbergâ, 28. Maii 1605.

LIX.

REctè mihi redditæ binæ tuæ 10. & 11. Iul. datæ, etiam opus hiſtoricum P. Matthæi, Sedano rectè ad me miſſum. Profectò ſtupeo ad illam tuam inexhauſtam in me benevolentiam, neque ulli te ſumptus deterrere poſſunt, quo minus in me accumules, quidquid mihi jucunditati aut utilitati eſſe poteſt. Suſpicatus fueram priùs eſſe Cayeri hiſtoriam, qui idem argumentum tractavit, ſed iſte maiore cum apparatu, quem exponit ſanè plauſibiliter in procemio. Gratias tibi habeo maximas, ſed tu jam dudum effeciſti, ut ingrato mihi moriendum ſit. Grammaticos veteres iam ad Putſchium ipſe detuleram, ſed domo aberat; ô utinam eum ardorem ad opus iſtud exornandum adferret, quem decet. Queritur

de la-

de laboribus immenſis in indice conficiendo, & mallet dare notas ſuas; ego diſſuaſi vehementer, & bonum indicem pro notis eſſe dixi, & maximo ipſi levamento fore indicem ad notas ſuas ritè conficiendas Ait ſe unum hoc agere poſthabitis omnibus aliis ſtudiis. Verùm magna tua felicitas, qui theſauros iſtos nanciſci potes, poſteritatis hoc tuum ſtudium erit laudibus extollere. Inerant in bene obſignato faſciculo omnia quorum mentionem feciſti, & dabo operam, ut Putſchius ſalva ea tibi conſervet, uti & priora. Gaudeo probari veſtris hominibus Anthallenſe, mitto jam utriusque formæ, quantum tabellario committi poteſt: meritò gratulatur ſibi Denaiſius de ſucceſſu in tam utili opere. Sed de tuarum rerum ſtatu præclaras nobis conceptas ſpes tu plane infringis: nobis certè omnia propemodum confecta nunciata fuerant, ex veteribus debitis portio numeranda, novum ſalarium duorum millium aureorum decretum, cum priori dignitate: ſed quidquid erit, te tamen nos potituros ſub autumnum, confido, ac quod decedet Reipublicæ, ſi ei te ſubtraxeris, accedet rei litterariæ, quam tuum otium mirificè illuſtraturum eſt; tu tantum te tibi vindica, ut Deo, tibique vivere poſſis: nam ſevera, ut te dixiſſe aliquando memini, pu-

blica ſpecies prætenditur, privatis cupiditatibus fucandis. Neſcio, jam ſcripſerim, Illuſtrem Comitem VVitgenſtenium Ludovicum, qui magnum Præfectum apud nos egerat, animam Creatori reddidiſſe, vixerat annos 75. & ſinceræ, minimæque fucatæ pietatis exemplar fuit: placidiſſimè extinctus eſt, inter pias admonitiones, quas filiis ſuis inſtillabat. Exceſſit ſecunda die Iulii, poſtquam quietam Seinenſis comitatus poſſeſſionem per plurimas difficultates adeptus, liberis reliquit. Benevolentiam ſuam in me aſſiduitate litterarum, quas eleganter & prudenter Latinè ſcribere ſolitus, conſtanter demonſtravit. Genero ſuo Magno Præfecto, nobisque æternum ſui deſiderium reliquit Socer meus Hainhofii in Boiaria ædificat, nihilominus tamen etiam de publica ſalute ſollicitus, in eo laborat, ut . . . . . nobiſcum concorditer vivere perſuadeantur: quod etiam Neupurgicus litteris ſuis ad Electorem datis probat, ſed urget ut colloquium inſtituatur inter . . . . ; ex quo nihil fructus ſperare poſſum, adeò ſtat iſtis hominibus, minimè cedere. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 16. Iunii 1605.

Ex

LX.

Ex tuis ad Colbium litteris 9. Aug. datis, cognovi te in procinctu eſſe, itàque jam confido te ſalvum & incolumem Argentoratum perveniſſe, & vota mea, rata facta; jam vix me teneo, quin ad te excurram, & candidiſſimum iſtud & cariſſimum pectus amplectar. Gentilis noſter Velſerum inviſit Auguſtæ his canicularibus, qui cùm multa de litteris, tum etiam libello de Diva, atque has Lipſij litteras communicavit, quas Gentilis vetat, ab alio præter me legi, nec pecco in ipſius interdictum, dum tibi mitto, tu enim mihi alter ego. Eſt ità certè ut iſti judicant, libellus ille noſter peſtilens, ſed idolis eorumque cultoribus, quo etiam tendebatur. Vellem Lipſius ipſe reſponderet, haud dubiè veritatis lux clarior fulgeret: ſed Alex. Romanus Mathematicus celebris, qui ante VVirtzburgi, nunc Lovanii Canonicus docet, Norimbergæ in Gentilem incidens negabat Lipſium ſcripturum, Theologis ſe diſputationem de idolorum veritate & cultu demandaſſe, ipſum planè affectæ eſſe valetudinis & in horas mori. Scribanio demandetur ea cura, qui in Amphi-

theatro planè Ieſuitam egit, id eſt conflatam ex mendaciis & maledictis perſonam, cùm pluſquam canina impudentia: quis ferat ſtercus illud, quo Scaliger inviolabilis hactenus collutulatur? Indignum facinus/ ſed par tamen eſt, ut lupi agnis infeſti ſint. Lipſius conſtituit Lovanienſem quoque Divam producere & eam fore poſtremam operam ſuam dicit, ergo trigam habebimus ineptiarum & ſuperſtitionis. Vive vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 19. Aug. 1605.

LXI.

Heri reſpondi ſtatim ad binas tuas 24. & 25. Sept. datas, & gratias egi de libris miſſis, non habeo quo par referam; jam VVidemarkerus alteras tuas 24. Sept. ſcriptas reddidit, cum excerptis de rebus veſtris, & litteris Sagii Centurionis. Graviter tu prævides pericula, & indignor tam parum cordi ea eſſe, quibus eſſe debebant. Mulhuſianus conventus irritus factus per Saxonem & Brandeburgicum, ὅπερ ἴδει ποιῆσαι: vix eſt ut Cæſarianis id debeii credam, ſed hoc indignor, Evangelicorum hic non vigere curas. Premunt nos fatales pœnæ, in quas ruimus cæci, ſed h[illegible] mitto.

Denai-

Denaiſius tibi de munere Caſauboniano, qui gratias verbis agat non reperit, ità enim ille ad me; *Sed Bongarſio qua fronte occurram, aut gratias agam verbis nudus pro magnis factis? planè pudore victus abſcedo, ne oculos quidem contrà attollere audax. Decoctor mihi videor publicus, & meritò poſt columnas latere, niſi me pinguior quæpiam & inſperata ſors foro reſtituat. Bene quod res mihi cum benigno creditore, cui ſatisfacere poſſum, eo quod facere poſſum, hoc eſt animo, aut ſi rem ſpectes, nihilo.* Ad Caſaubonum en litteras dedi, ſed inanes, ſperabam mittere poſſe Iſidorum Peluſiotam, ſed vix puto abſolutum: faciam ut primùm licebit, pudet certè pro tantis muneribus verba tantùm regerere: ſed Schoppius quam intolerabilis, ô mancipia fœda: quid, quæſo, illud eſt, quod Velſerus de carmine Thuani, quo offenſus Bavarus? ſed de illis coram. Reſalutant te collegæ & Paullus VVidemarkerum honoris cauſa conveni, dignum fortuna ſua. Vale maxime amicorum. Heidelbergâ, 18. Sept. 1605.

LXII.

IMmenſum frigus, & nivium altitudo retinuit hic Præfectum fiſci Eccleſiaſtici per hoc triduum, ideoque has jam addere licet. Hodie à Brunſuicenſi venerunt litteræ, quibus Electorem invitat ut ad ſe veniat VVolfenbutelum, ubi Rex Daniæ eum exſpectet, cupidus notitiæ ineundæ cum Electore & amicitiæ contrahendæ. Dux autem etiam ſuâ cauſſa vehementer urget adventum, quod id ſibi ſolatio, hoſtibus terrori futurum ſit: ſed ego vix fieri poſſe exiſtimo, ut Elector ſe in hoc iter det, cùm tumor in altera manu nondum deceſſerit, & pedes adeò infirmi ut ſine ſcipione aut fulcro incedere ne in conclavi quidem poſſit, adde frigus iſtud præter huius cœli ſolitum, acre nimis & conſtans. Animus tamen eius eò fertur. Saxo quoque venturus eſt eodem. A Sierio hodie accepi litteras: dicit Northumberlandium è cuſtodia Archiepiſcopi Cantuarienſis deductum valido cum præſidio in Turrem Londinenſem; ac iam exiſtimetur, ſi non conſcius totius ſceleris, ſaltem partis alicuius, & conſtare non tantùm tenuis fortunæ homines huius paricidii

reos.

reos. Exſpecto ulteriora, & num pro certo . . . . . . ſceleris impulſor, quod Gallicæ litteræ ſuadent. Princeps noſter Fridericus Sedano gratulatus per litteras Principi VVallenſi de ſervato ipſo cum patre & regno, & noſter litteras dat, vellem mitteretur, qui graviter ad officium Regem illum compelleret. Te Deus ſervet incolumem. Heidelbergâ, 27. Dec. 1605.

LXIII.

IAm tandem omnes tuæ, quas ad me dediſti, plenas prudentiæ & amoris, rectè mihi redditæ. Litteræ tuæ copioſè ſcriptæ, de coniunctione noſtra cum Ordinibus probantur illis, quibus oſtendi eas voluiſti. Hæc una via, quam monſtras, eſt ad ſalutem expediendam, aliter periimus, & ego ex ſuperioribus tuis etiam litteris ea de re & cum noſtris & Brederodio ipſo accuratè egi. Vnum nobis obſtat, quod inanibus ſumptibus nos exhaurimus, ac iam ſupra octingentos equos hic habemus quotidie paſcendos, cum innumeris ventribus otioſis ſi iſti ſumptus comparcerentur, quam præclara geri poſſent: ſed de abitu cogitare incipiunt, ac intra triduum abituri putantur, ità tamen ut in no-

in nova arce biduum etiam ſe venationibus oblectent, inde Darmſtadium itum ac Hanoviam. Mauricius Landgravius eos ad ſe quoque invitavit; qui legatos miſit VVolfembutelum, in iis Beinebergium, qui Regem Daniæ Caſſellas invitarent, eò ſi pertrahitur Rex, ſpes eſt huc etiam venturum. Noſter cupide eò fertur, & reſtitutus eſt iam, pedes tamen valde adhuc imbecilli: ſed quas gratias tibi agam aut referam de tot memorandis, quorum me participem eſſe voluiſti. Et nos gratulamur Graviſſero; ardor tuus amoris in illum elucet nimia illa ſollicitudine, quæ etiam quietem tibi interrupit; ſic ſolet amantibus: exoſculor hunc tuum in illum affectum, & tamquam in ſpeculo conſidero amorem tuum in me quoque, ut qui meminerim te nos duos coniunxiſſe, quos iuxta in his partibus ames. Thuanum ſummum virum reſtitutum, Reip. gratulor, quod etiam noſtri memoriam colit, in eo magis magisque nos ſibi devincit, certè vota ardenter pro ipſo ad Deum fundimus. Quæ tu communicaſti Merargiana & de inſani hominis in Regem impetu, longè exactiora iis quæ nos Lutetia acceperamus, quamvis Gueretinus accuratiſſimus ſit. Sed de colloquio Regis, cum Hiſpanico legato, varietas quædam eſt, & ſpero

ſpero fore ut maſcula conſilia locum repe-riant. Ex Anglia nihil recentius habeo à Sierio, & præter gratulationem etiam ex-hortatio acceſſit ad ſuſcipiendam cauſam communem contra Antichriſtum, noſterq; ſuam opem offert. Atque ecce redduntur iam tuæ 12. Ian. ſcriptæ à Caſtilionæo cum excerptis ex epiſtola Thuani, vide quæ im-probitas iſtorum hominum, qui per calu-mnias præſtantibus viris metum iniicere tentant. Spero ego hæc talia magis aliena-tura animum incomparabilis iſtius viri, à factioſis iſtis hominibus, & cenſuram Ro-manam ferat ille, cui conſtat veritas rerum, quid aliud inde concludat, quàm quod no-ſtri dicunt, ſedem eſſe mendacii & abomina-tionis; certe porrò locus ipſi non permittitur dubitandi, quando in hiſtoria ſua, nil niſi veritatem nimis nudam arguunt. Lipſius Grutero ſcripſit, ſe Lovanium deſcribere, credo illud ipſum eſſe, quod antea nobis innotuerat, velle ipſum Virginem Lova-nienſem addere prioribus duabus, & quan-do tam malè acceptus in Hallenſi, iam alium fucum illinet. Sed tua exſpectamus, ac quamvis per intervalla hæc tractes, tamen recta & vera dabis. Graviſſeto gratulor redi-tum è periculoſo itinere, & gaudeo vota no-ſtra rata. Tu ſalve decus meum. Heidelb. 5. Ian. 1606.

Per-

LXIV.

PEr Iuntam ſcripſi, ac miſi à Marnio litteras, iam nil eſt quod prioribus addam, neque quidquam litterarum accepi ab eo tempore. In Pruſſia principia ſunt diſſidiorum, dum nobilitas magis ad Polonos propendet, præſertim qui vicini Maſoviis; Civitates & Barones Brandeburgicis addictiores. Magno conatu magnas nugas deſcribunt, qui ſplendorem nuptiarum Polonicarum nimis operosè narrant, putatur fore ut fraus Demetrii pateſiat, quem Ieſuitam eſſe ſuſpicantur. Dominum Graviſſetum officiosè ſaluto, & eius conſilium expecto, in redemptione proprietatis, cuius nos uſumfructum habemus. & Numinis tutelæ commendo. Vale animæ dimidium meæ. Heidelbergâ 27. Ian. 1606.

LXV.

LItteras tuas 12. Febr. datas rectè accepi, ac adiunctas ſtatim diſtribui: ſed tu iam iterum rides ineptias meas, quod neminem ſine meis litteris ad te abire patior,

tior, hoc tu diligentiam nominas, vereor ut importunitas ſit, præſertim cùm argumento ferè deſtituar. Rectè tu de Caſtilionæi itinere, litteras litteris penſandas fuiſſe: ſed & tu benignè, qui interpretatus hoc factum in obſequium Regis. Cras abeunt hinc qui Principem noſtrum Sedano reducant, Baro VVinneburgicus, qui Præfectus Alceanus, item Starkemburgicus, Carolus Paullus, & iuniores nobiles alii: ſed miror nondum veniſſe Bullioniam, quæ exſpectabatur ante multos dies. Induciæ factæ in Hungaria usque ad exeuntem Iunium: ſpes pacis rurſus oſtentatur. Quæ à Sierio accepi iam, exſcripta en mitto, & Gentilis litteras, veteres quidem, ſed lectu non indignas. Velim ſcire, an revera Ieſuita ſit ille Mathematicus. Domino Graviſſeto gratias maximas debeo de cura in negotio noſtro, ipſe optimè pervidit rem ipſam, exſpectandum erit, quid Valentiana ſcribatur, ipſum & uxorem ſalvere iubeo. Pro te autem vota facio aſſiduè, non minus quàm pro Patre meo, quem etiam ſaluto: itaque vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 6. Febr. 1606.

Deſi-

LXVI.

DEſiderium grande tui reliquiſti nobis abiens, proſequor te aſſiduè votis & precibus. Valetudo mea confirmatur, ac domum adhuc ſervo, non quod neceſſe judicem, ſed quia id amici iubent. Ipſo quo à nobis diſceſſiſti die, à Leſierio litteras accepi 15 Febr. datas, quibus multa de ſuo in te ſtudio dicit, ac optat ut aliquandò te Londini videre contingat. Etiam à Gentili noſtro eodem tempore litteras accepi, in quibus multa tui mentio. Sedanenſia nos in ſuſpenſo tenent, neque exitum huius fabulæ proſpicere poſſum. Savilius ſcribit ſe notas in Tacitum, ſi fieri poſſit iſtis nundinis mihi remiſſurum: addit ſibi collectas per Darimplium ſuum ſupra trecentas homilias Chryſoſtomi, quæ hactenus lucem non viderint: ſed remiſſurum ſe eſſe ipſum Lutetiam, & fortaſſè etiam in Italiam ad reliquias conquirendas: laudabile viri inſtitutum. Denaiſius queritur de Catoniano rigore tuo, quòd non paſſus tibi perſuaderi, ut ſecum pernoctares: proſequitur te quoque fauſtis comprecationibus. Sierius aliud non nunciat, quam captum Ieſuitam Garnet provin-

provincialem, qui diverſis in locis docuerit, non ideò irritam coniurationem factam, quod Deo cœpta diſplicuerint, ſed propter iniquitatem eorum qui ſuſceperant. Auditores ſuos ità inſtruxit, ut ſi à magiſtratu etiam iureiurando adacti interrogentur, conſtanter negent ſe ſcire, convicti deinde periurii, Ieſuitica diſtinctione effugium quæſiverunt, quod nempe æquivocè ignorarint, non enim ſciviſſe cum intentione declarandi: ô acumen peſtilens & dignum ſocietate. Salutat te Præſes, Socer & tota domus mea. Heidelbergâ, 10. Martii 1606.

LXVII.

RECtè & ordine mihi redditæ tuæ, quibus nihil mellitius, optatiusque, ſed in iſto capitis pertinaci dolore nolim te laborem ſcribendi ſumere, præſertim tam copioſè ſcribendi; ſed profectò cùm te novi, ut tua omnia deſideriis amicorum poſtponere ſoleas. Caſauboni aſſiduitatem in Polybio laudo, & admiror: eius Gregoriana mirifice placent Socero meo, ob ſimilitudinem argumenti, quod ipſe etiam tractat de Concordia. Quàm placet quod Britannus cedere Papæ non vult: ô factum bene:

agno-

Digitized by Google

agnoſcat iam Gallus, Hiſpanusque & Cæſar, adeò ſe non Majeſtate vera frui, quando in terris aliquem ſupra ſe agnoſcunt: heu fœdum ſervitium meretricis Babylonicæ. Neſcio unde Polanus habeat de concordia Darmſtadii aliquid actum. Hoc ſcio iſtos in unico potandi ſtudio valde conſentire: reliqua impetu & impulſu ſuorum cæcorum in morem ferri. Ergo Papa Aſtrologis credit bellè, præclare, & concilio Tridentino convenienter, ſcilicet: ô rem abominandam, atque ille auguratur haud dubiè Venetias ex tribus iſtis, interiturum eſſe. Sed metuo ut prolixitate mea, capitis dolores incendam, tu incende potius litteras iſtas, ſed in pectore incendium amoris fove ac vale feliciſſime. Heidelbergâ, 7. Iulii 1606.

LXVIII.

BInas hac ſeptimana rurſus abs te accepi, 16. & 20. Iul. datas. Sollicitum me facit, quod capitis dolores nondum receſſerunt, & tu tamen in iter te dare conſtituiſti, quod ut feliciter & ex animi tui ſententia conficias, Deum comprecor. gaudeo *comitem tibi futurum Perrottum*, cuius virtuti, experientiæ & doctrinæ faveo, ac amicitiam

cum

eum ipſo hic initam colere officiis cupio, eumque ſaluto amanter. Graviſſetum avidè exſpecto, nec deerunt ipſi filioque officia mea, ubi ubi uſus erit. *Caſar Italicus rectè redditus Grutero*, & *Targetus*, ait, *Pa V. Vitam* ſe cum mercibus ſuis compoſuiſſe, quas in dies exſpectat. *BarneVeldios* & Meurſium huc adventare gaudeo. Meurſius Hagæ in me officioſus fuit, reddam par pari, qua potero. Principium luis Lutetianæ quoque ſollicitudinem meam pro te auget, nam commercium tantæ urbis vitari nequit; & metus eſt ut malum latius propagetur. *Spira iam ſaVire cœperat* exinanitis duab. domibus, ſed iam remiſit rurſus; in vicinia noſtra & præſertim *Via montana, quam Vocant*, Francofurtum verſus, iam pullulat. *Eſcuyerius feret præmia Virtuti ſua digna*, uti coniicio ex iis quæ Gueretinus ſcripſit, ſed iſtius tam ſpectata virtus & probitas, ut fruſtra in eum vipeream linguam ſtrinxerit miſerabilis ille, qui ſuo hero dedecori eſt, gnaro ſatis huius morum. *Quæ Carolus Rex Suecorum Principi meo* de ſicariis interceptis & a Polono, *ac Ieſuita Barthio ſubmiſſis ſcribit*, deſcripta tibi mitto. Propendebat ad pacem arbitro Electore & Landgravio ineundam, ſed quid ſeriò agi poſſit, cum ita animatis, videre ſe non poſſe ait,

cait. Ieſuitarum ſcelera ubiq; propalantur, & tamen factiones adhuc peſtem iſtã tuentur. *De Demetrio cũ ſuis* Moſcæ trucidato etiam ex Polonia nunciatur, & cædem factam, poſtquam faſſus eſſet, ſe gatione Polonnm à Ieſuitis ad iſtud facinus aggrediendum impulſum. *Cæſar Electorem* per litteras hortatur ut in Circulo Rhenano, auctoritate ſua permoveat reliquos ad præſtanda auxilia quæ petit; *ab Electorio Circulo petit mille equites, à Rhenano ſuperiori, quatuor millium peditum Regimentum ut vocant: exaggerat periculum à Turca & rebellibus, & ſe conſtituiſſe Comitia Imperii indicere in menſem Novembrem.* *Saxonem* vulgò iactant venturum *Moguntiam*, & iam metatores ibi diverſoria hoſpitibus aſſignarunt. Certi tamen nihil adhuc habemus: vix puto ſi advenerit, *ipſum huc conceſſurum*; adeò ſui opinionem malam ipſi de noſtris hominibus impreſſerunt, neque ſanè quidquam ex congreſſu, quod in publica commoda redundare poſſit, proſpicere queo. Ritterſhuſius ad me miſit exempla litterarum Scaligeri & Lipſii ad Taubmannum quæ hic una accipies. Exiſtimat ipſe tangi *à Lipſio auctorem Diſſertationis de idolo Hallenſi*, qua de re ambigo ego, neque ratio temporis convenire videtur. Hos Scazontes in Sciop-

pium

pium vellet mitti Scaligero, neſcio an tanti ſint, nam nec inventio, neque elocutio ſatisfacit. Reſalutant te ac omnia fauſta ad iter precantur tibi, collegæ mei omnes, itemque Grunradius, Camerarius, Gruterus, Boſchius, omnisque familiola mea. Deus te ducat ac reducat, ac det quæ optas, maxime & ſpectatiſſime amicorum. Vale vale animæ dimidium meæ. Heidelberga, 14. Iul. 1606.

LXIX.

ANte octiduum ad te ſcripſi, pòſt miſit ad me litteras tuas Graviſſetus, quibus abiens filium eius tanto ardore mihi commendas, ut curam ipſius meis liberis præpoſiturus ſim. Graviſſetus Buvvinkhuſii adventum exſpectat adhuc, brevi poſt filium adducturus. Gruterus vellet vera eſſe laudes, quas ipſi tribuis, gaudet de iudicio tuo. & revera talis eſt, qualem depingis. . . . . in Circulo Suevico agit, nuper donatus ab . . . . torque ingentis pretii, 80. adamantes numerati, & ille ſe jactat tamquam laudabile eſſet munera capere ab hoſte publico religionis & libertatis. Landgravius Mauricius adhuc peregrinatur: credo ut notus fiat: certè prædicatur litteris

K omnium

omnium prudentia eius & comitas. Gruteruſnoſter totus in indice Taciciano. De libellis abs te miſſis gratias habeo ego, amicique, maximas. Sierius ad nos ſcripſit de Balo Hiberno ex Hiſpanici legati ædibus abducto, & ſociis eius deprehenſis, quæ ſcio ad vos etiam nunciata. Mirum ſi necdum agnoſcet inſidam ovibus cum lupis amicitiam. Ab Anhaltino Deſsâ huc miſſus, Bila, conſiliarius, ut de coniunctione arctiore agat, ſed reliqui eo nomine evocati, non ſuos miſerunt adhuc, ità languet ubique publicæ ſalutis cura. Elector cum Palatino Guſtavo & Badenſi ſe oblectat ſollemnibus cervorum venationibus. Te amici omnes officioſiſſimè ſalutant, & in omnibus congreſſibus vota pro te faciunt. Salve decus noſtrum. Heidelbergâ, 4. Aug. 1606.

LXX.

GRatulor tibi toto pectore felicem adventum in vrbem. Pater Barthius cuius in præcedentibus litteris mentionem fecit, Ieſuita eſt. Bonum factum, quod qui Lojolitarum conſiliis reguntur, infelices exitus ſortiuntur. Certè Polonus in ancipiti hæret, excluſus, ut nuper ſcripſi

peni-

penitus è Suecia, Regni procerum decreto. Carolus Suecus unum ex proditoribus illis forcipibus candentibus in minuta fruſtra diſcerpendum curavit. . . . . aiunt, iam compotationes averſari; & aulicam ſuam familiam omnem ab ebrietate arcere ſeveriſſimè: quod mihi pæne incredibile videtur: addunt & gratum illum Regem coli à populo Britannico propter comitatem. Vtinam ſerii aliquid agant inter feſtivitates illas: certè Danus poſt detectam illam inanem coniurationem per litteras Britannum monuit, ab Hiſpanis ſibi caveret. Freherus dignitate Hiſtorici Palatini cum honeſto ſtipendio auctus. Neſcio an iam ante tibi ſignificaverim, Moguntinum iuſſu Cæſaris vehementer expediviſſe Naſſovii patris aut filii colloquium, mira & grandia pollicitus illi familiæ, ſi pacem cum Hiſpano ab Ordinibus impetrent. Satis noverunt iſti artes, itàque cautos futuros ſpero. Segetus nobis narravit, Fra Paolo Servitam, illum qui Papæ auctoritatem Venetiis oppugnat, ideoque effigies eius Romæ exuſta eſt, eſſe virum doctiſſimum in omni ſcientiarum genere: trium tamen ignarum penitus eſſe, poeticæ, muſicæ, & amoris. Cetera criticum etiam & antiquitatis exactè ſcientem: mirificè prædicat hominis præſtantiam. Vale decus

meum, & rebus confectis feliciter ad nos revertere Nobiliſſimum Dominum Ancelium officioſiſſimè ſaluto. Heidelbergâ, 17. Auguſti 1606.

LXXI.

SCripſi nudius quartus ad te feſtinantiſſimè per Sedanenſem: heri mihi reddidit tuas 5. Septembris datas, Salmaſius; quem etiam in cœna retinui, miratus in adoleſcente tam raras dotes, carus mihi erit, & tua, Caſauboni que quem veneror, cauſſa, faciam quidquid gratum ipſi cognovero: quod malo ex ipſo cognóſcas olim, quam ut ego ſtudium meum iactem. Scribunt Vienna pacem cum Hungaris concluſam, & permiſſam religionem liberam: & ſpem eſſe cum Turca tranſactum iri. Dantiſco ſcribit Keckermanus verbi miniſter, ſenatum Ieſuitas omnes urbe decreto eieciſſe, illos ad Regem appellaſſe. Elector cum coniuge ac liberis Lautreæ id agit, ut Bullioniam ac Tremoliam variis ludicris & venationibus oblectet, ſed quinque ſorores nullam oblectationem gratiorem habent, quàm mutuos ſermones; Bipontinus iis adeſt, uxor ratione valetudinis ſe excuſavit. menſem

hunc

hunc ibi tranſigent. Graviſſetus iam nobis adeſt, te in votis habemus perpetuo, nec abit cœna ſine tui memoria grata. Deus te reddat nobis incolumem. Sed quid dicam de ſummorum virorum Thuani ac Caſauboni in me humanitate & liberalitate, impar ſum referendæ gratiæ, & pudet verba dare, enitar ut non planè indignus ipſorum favore repe-riar, tu per occaſionem me ipſis commendabis. Vale vir magne. Heidelbergâ, 26. Septemb, 1606.

LXXII.

ADhuc recordatio ſuaviſſimi tui convictus animos noſtros oblectat, iamq; totus in ea cogitatione ſum, quando iter illud Mombelgardicum vobiſcum inire poſſim. Percurri Scioppiana perfectiſſimum exemplar ſycophantiæ. Si nimios ſpiritus ſumpſit Scaliger, profectò nimis acerbè luit. Sed quæ indignitas Thuanum etiam conſpui à Furio iſto, Sinonem vocat, & carpit hinc inde, ſed offendit certè ſolido, quàm putidum, quod conatur redarguere eximium illum de Hæreticis locum? Ex Antichriſti ſchola talia prodire debent, aliter non conſtaret ſibi Babylon. Tilenus diſputationum

theologicarum ſuarum volumen inſcripſit Principi meo, ac heri librum exhibendum curavit, nil niſi egregium ab iſto ingenio exſpectandum. Venetis obtulit Ioyelius benedictionem; illi nihil contra gravitatem ſuam moti, dignitatem & libertatem indelibatam ſervare ſtudent. Salutat te amicorum caterva, domusque mea tota. Salveat & Graviſſetus cum ſuis, filium, uti petierat, præceptori claſſico commendavi. Vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 20. April. 1607.

LXXIII.

NEſcio quomodo ſemper tota hac ſeptimana mihi viſus ſum in indigentia, quod nihil abs te litterarum habui, ita iam tamquam victu quotidiano mihi carere videor, ſi ſuaviſſimum pabulum tui alloquii negatur. Genevenſis Senatus ad Electorem litteras dedit 21. Aprilis, quibus ſcribit nunciatum è variis locis, atque etiam à Rege ipſo miſſum Gubernatorem Burgenſem cum litteris benevolentia plenis qui certiores ipſos faceret: omnes copias Hiſpanicas in Italia contractas deſtinari ad oppreſſionem Genevenſium, Regem autem polli-
ceri

ceri omnem opem liberaliſſimè. Implorant & illi Electoris noſtri opem, ac pollicentur ſe perpetuò certiores facturos Principem, de ſtatu rerum ſuarum. Certè Veneti ſe viros præſtant, neque delibari minimum patiuntur de libertate ſua. Quod ſi Pontifex ingenium ſuum ſequetur, vix acquieſcet actis Ioyeuſii. Venit huc ſtudioſus quidam Roma, qui dicit ſe vidiſſe magnum librum, magnum malum infamis illius Scioppii in Caſaubonum, quidquid mundi reperit canicula illa, inquinare tentat. Indignum, optimè meritos de litteris, expoſitos eſſe talibus contumeliis, quas quamvis boni omnes averſantur, tamen improbi qui numero ſuperant, talibus ſeſe oblectant, & à calumniis ſemper aliquid hæret. Brandeburgicus rurſus litteras ad Regem, & Proceres Poloniæ, petit, ſuper Pruſſia ab Electore noſtro, nam ſuos miſſurus eſt ad Comitia Polonica 8. Maii indicta. Salutat te Socer meus, Præſes, Gruterus, Portus, domus mea tota. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ 5. Maii 1607.

LXXIV.

Nullum finem tu facis liberalitatis, quum tamen ego nil niſi verba reponam: profectò eximia gemma illa qua me donaſti, & emblema ipſum à Gratiis & amore confictum: dolerem vehementer, ſi te ipſum privaſſes tam rara gemma & artificio, niſi ex obſignatis litteris tuis obſervaſſem, te tibi eiusdem typi ſervaſſe. Gratiſſimum mihi munus, quod etiam poſteritati meæ ſanctum eſſe volo, teſtimonium ſinceri noſtri & ardentis mutui affectus: ô Deus fac, ut nunquam indignus hac benevolentia reperiar. Certè iam dudum deſperavi, paria reponere poſſe, animus tibi devotus æternum manebit. Gratias habeo etiam maximas de communicatis multis præclaris, etiam arcanis, quæ ſcient tantùm boni, & quorum intereſt. Genevenſium periculum me afficit vehementer, certè publica cauſſa piorum, in illo certamine cernitur alacritas Regis, in cauſſa illorum tuenda, profectò admirabilis, confido & Electorem noſtrum facturum officium, & qua poterit, adiuturum. Buzanvalium in ſanctius conſilium Regium receptum gaudeo, meretur id virtus,

tus, prudentia, dignitas peracta: & gratulor Reip. quod veritati cœleſti publicè addictus, ad hanc dignitatem admiſſus. Marchio Onolsbachius in ſe receperat Neupurgicos, patrem, filiumque, apud quos gratia valet; ad concordiam nobiſcum colendam in politicis impellere, id fecit gnaviter præſertim apud VVolfgangum Philippum: ſed cognovit, litteras Electoris ſuper coniunctione bene prolixas ad Philippum Ludovicum datas, traditas fuiſſe conſultandas tum . . . , tum conſiliariis: . . . . diſſuaſerunt omnem fraternam amicitiam cum Calviniſtis: conſiliarii unanimiter ſuaſerunt concordiam. Pater . . . obſequitur: filius conſiliariis credit, ſed à patre diſſentire publicè non audet. En quomodo iſte captivus ducatur. Etiam Ioh. Sigismundus Marchio Electoris filius prædicat, ſe mitiorem nobis Saxonem feciſſe: aurea ſecula imminent, ſcilicet: minimè autem languet adverſariorum nos opprimendi ardens deſiderium, quod Deus avertat; nam certè in noſtris; nihil cerno, cui inniti queamus. Brederodius Arſenium arguit præcipuum fœdi conſilii de pace auctorem, etiam Buzamvalium incuſat iniquiorem Ordinibus: ità fit, ſuſpicionibus indulgemus, & culpam à nobis in alios amoliri ſtudemus. Salutat te

omnis domus mea quàm ſtudioſiſſimè. Salveat & Graviſſetus, cuius filius mihi curæ eſt, præceptori claſſico ipſum commendavi ſummo ſtudio: omnino confido publicum illum ludum & æmulationem æqualium incenſurum magis magisque ſtudium, quod in Friderico meo expertus ſum. Vive valeque feliciſſimè amicorum coryphæe. Heidelbergâ, 6. Maii 1607.

LXXV.

Litteras tuas Caleti datas rectè accepi, magna cura ſublevatus, eò quod animadverti tempeſtatem quæ Leſierium noſtrum iactaverat, iam deſæviiſſe quum tu ad mare perveniſti: Iam Deum veneror, ut te ſalvum florentemque nobis reddat. . . . . . in maximis anguſtiis conſtitutus refugium apud Saxonem quæſivit quod ei negatum, Matthias trium milliarium ſpatio, aberat Pragâ Brandiſii nempe. Maximilianus Archidux 18. huius venturus eſt in viciniam hanc ditionis Teutonicæ, ibi acturus cum Noſtro, Moguntinoque, quomodo ſedari turbæ illæ horum trium interventu poſſint. Princeps meus ſatis commodè valet, totus in adornando recenſu in 12. Iunii ubi exercitus

situs repræſentabitur, & omnia adornabuntur tamquam in hoſtem iretur. Fœdus arctum initum nobis cum Neuburgico, Anſpachiis, VVirtembergico & Badenſi, quæ res tamen ſilentio tegitur, quod cur fiat neſcio. Reſalutant te officiosè noſtri, Socer, Freherus, Gruterus, Gothofredus, Datenus, Paulli, & Portus. Graviſſetulus officium facit, his diebus Principi Friderico adfuit in remiſſionibus. Vive vale, & nos conſpectu tuo quamprimùm bea. Heidelbergâ, 13. Maii, 1607.

LXXVI.

RECtè tuas 19. huius datas cum binis Thuani exemplaribus, & Scaligeri Florilegio, cum Caſauboni litteris accepi. Denaiſio mittam alterum exemplar cum litteris magni Thuani paullò pòſt accepi & Carmelitani monſtri Palæſtritam, quem itidem cras Denaiſio noſtro mittam. Sed quas grates dignas unquam reponam? fruſtra, nec enim verba reperio, & iam modum omnem exceſſerunt merita tua. Magno Præfecto, Cancellario & Pleſſenio oſtendi tuas, illi benigiſſime mutuum affectum teſtantur, & Cancellarius quidem agnoſcit ſibi apud te

excuſatione opus eſſe; cur vocatus ſe non ſtiterit: ſed Princeps ipſum avocaverat. Bone Deus quàm præclara Caſauboni ad Scaligerum compellatio, iam ſatisfactum dignitati Scaligeri contra latratus ſceleratorum. O factum bene! quod ne quidem nominare dignatus opprobrium hominis. Abripuit & me totum narratio de laniena apud Thuanum, puero me illa acciderat, neque aliud ità ſenſibus meis è publicis calamitatibus impreſſum: atqui ſummus ille vir, quàm candidè omnia recenſet, nil veritus, qui contraria omnia ſibi credi poſtulabant invidiam. Iſtos theſauros & tantorum virorum amorem tibi uni debeo, atque id in maximis tuis beneficiis numero. Sed aſinum illum de monte Carmelo uncantem quis ferat? dignus ſcilicet vindex Lipſii, nil niſi ſordes & monachiſmus. Itàne Lipſius bonas litteras docuerit, ut alios non reperiat qui cauſam ſuam agant, quàm pecus tam brutum? convicia & contumelias iacit de plauſtro, ſed ſine Sale. Indignatus ſum, quum reperi anagramma Sus Obnigra, ubi monaſtico acumine ſuſpicionem ſuam prodit, quaſi tu autor eſſes. Cogitavi, anne per Oratorem Regium, qui Bruxellæ eſt, ſi is tibi amicus, negotium beſtiæ illi creari poſſet, ob atroces iniurias quas in te effundit, cum tamen

authos

author libri non ſis, & quam voluptatem in maledicendo cepit, eadem in lite moleſta & infamia, quæ condemnatos iniuriarum manet, perdat; ſed tanti non eſt ſterquilinium iſtud, neque lectores reperiet, niſi ſuæ ſortis: Itaque mittamus iſta, & nobis gratulemur lucem, qua Deus nos perfudit, & regnum tenebrarum in factione illa tota agnoſcamus. Vniverſi te ſalutant, & feliciſſima quæque precantur. Salveat & Graviſſetus & Gothofredus, Boeſius, aliique amici. Vale feliciſſime magnum decus meum. Heidelbergâ, 13. Septemb. 1607.

LXXVII.

Litteras ad te dederam, via Sedanenſi mittendas: quum Gothofredus abs te alias reddidit, & paullò pòſt Graviſſetus quoque, Bone Deus, ignem amoris ſpirantes. Perſpectus mihi candor tuus, & tu de fide mea quoque non dubitas. Amemus inter nos, & divulſionem hanc corporum, non animorum æquo feramus animo; quod mihi ſanè difficile. Bonum factum, quod examen illud Catholicum Edicti Anglicani Lutetiæ publicè exuſtum. Intereſt publicè, ut tales chartæ aboleantur: nimis ſe prodit

 ſpiri-

ſpiritus ille Lojoliticus. Graviſſetulus noſter heri ad altiorem ordinem promotus, primas inter condiſcipulos tenuit; à Grunradio, qui eum mihi ignotum putabat, ab alacritate ingenii & ardore præcellendi aliis commendatus: magno id mihi gaudio fuit: etiam Delphinus honeſto loco inter ſuos fuit, mihi curæ ſunt, uti & Doſchius, ac Svvebelii noſtri frater, qui ſaxò ſentiat, tuam commendationem multum valere, à fratre Doctore iam diu eſt, quod urgeor. Moguntinus à Cæſare attulit plumas ardeanas ingentis pretii, ut ſolent munera regum: etiam mandata à Cæſare habuit ſuper Comitiis. Cæſar vult ut Ferdinandus Archidux vices ſuas illic gerat. Leuchtembergius pecunia nos emungere laborat, & obtinebit. Cæſareanis permoleſtum eſt, quod , ... ad nos propendet, & avertere nos moliuntur, prolatis atrocibus, quæ ille antehac in nos conatus in aula; ſed hoc ipſum incitamentum erit ad maiorem coniunctionem. Heroas illos veſtros demiſsè ſaluto, & iam aveo, nuncium audire de confecto feliciter itinere tuo. Det tibi Dominus quæ optas. Vale alter idem. Heidelbergâ, 26. Septemb. 1607.

Litte-

LXXVIII.

Litteræ tuæ ab optimo Graviſſeto, huc Mombelgardo redeunti mihi redditæ ſunt heri. O quanto mihi ſolatio fuerunt in miſeria mea; nam dolor, qui pedes invaſerat Mombelgardo, triduum me lecto affixum tenuerat, neque dum receſſit; ſed malui itineris moleſtias perferre, quam in morbo moleſtus amicis eſſe, & imminente hyeme maioribus difficultatibus me involvere. Ac quamvis pedibus captus, tamen domum feſtino, illic quæ Deus porro immiſerit, exſpectaturus. Ceterum negotia mea Mombelgardi pro voto confeci & affinium inſignem benevolentiam expertus ſum. Nihil autem tam me afficit, quam hic & illic prædicatio tuarum virtutum & teſtimonia innumera ingentis tui in me amoris, quem tu ubique apud omnes larga manu ſpargis. O Deus ſerva mihi incomparabilem hunc virum & amicum. Preces ad Deum fundo pro tua incolumitate aſſiduè, & gaudeo Graviſſetum ad te iter ſuum maturare. Certè nihil illo ſuavius & tui amantius. Vivite ac valete fœliciſſimè. Argentorato, 16. Octob. 1607.

Heri

LXXIX.

HEri Iuntæ noſtro commiſi litteras ad te Graviſſeto reddendas, quem ille confidebat omnino reperturum eſſe Argentorati, quum ipſe litteras ad Regem expediendas habeat pro ipſo in Carthuſiano negotio. Addidi & librum pro te Richardi Streinii adverſus Bellarminum, poſt ſummi illius viri fata, inter ſcripta eius repertum, mihi perplacuit eius libri lectio. De Anhaltini adventu nihil adhuc mihi conſtat, neque dum compellare potui Baronem Donanum, ſed ſpes eſt hoc biduo fore, ut in aulam conſcendere poſſim, iam enim in plano ambulare rurſus poſſum. Præſes noſter conſtituit iter ſuum ingredi 6, Novembr. nam & Dillæburgi & Caſſellis ipſi ſubſiſtendum erit; & difficultas viarum ex continuis pluviis, his brevibus diebus, maius tempus flagitat. De Mansfeldii & Hanaici legatione nihil certius interea didici. Princeps cubiculo ſe tenet ob defluxiones in pedes. Deus maius malum avertat. Neſcio an nunciarim Pleſſenium noſtrum ſponſum eſſe, & ducere Quadii noſtri viduam natam ex ſtirpe Ketleria, quæque iam Gynæceo præfecta

apud

apud nos eſt. Nuptias inſtitutas audio in 20. Novembr. Deus te ſervet tamquam pupillam oculi; ac reddat nobis ſalvum & incolumem. Vale. Heidelbergâ, ultimo Octob. 1607.

LXXX.

SCripſi ad te 30. & 31. Octob. miſique Rich. Strenii librum de Bellarmini ſcriptis, iamque ſpero, quum hæ reddentur, Graviſſetum noſtrum tibi adfore, quem bonis votis proſecuti ſumus. De Caſaubono viro incomparabili, nihil adhuc certi ſcribere poſſum, noſti mores noſtrorum lentos, ſed ego urgere non deſino. De lib. Eccleſ. in admirationem rapit omnes qui viderunt, iam ſcripſi ante quid ſentirem, ô virum! Peccatur in publica commoda, niſi libertas ipſi plena datur vacandi huiusmodi lucubrationibus. De concordia in religione apud nos, utinam vera eſſent quæ apud vos iactata: nihil tale ſperare poſſum ego his moribus. Genevenſes conſulti ſuper colloquio, quod Neupurgicus urget, & improbant illi id, in quo fundamentũ noſtri collocarant, nempe non reſecandas ad vivum minutas cõtradictiones, ſi in præcipuis conſen-

ſus

ſus ſit. Certè Heſſi adhuc acriter digladiantur, & noſtra ad concordiam invitatio, quantam . . apud illos excitavit, quinis, ut audio, libris contra editis. Denaiſius, qui te officioſe ſalutat, mihi ſcripſit Scioppium Monaci iam eſſe, & in tranſitu jus Civitatis Venetæ adeptum, biduana carceratione, cùm Paulum Servitam inſolentiùs ac minaciter allocutus, ſuſpectum ſe feciſſet: quam velim ſcire totam ſeriem rei geſtæ. Cæſar atrociter reſpondit Neupurgico, VVirtembergenſi, Badenſi, & civitatibus, qui pro Donavverdanis civibus interceſſerant, nolle ſe de propoſito decedere, ſibi ac aulæ ſuæ cognitionem hanc deberi &c. Miſera illa Civitas extrema omnia ſubiit, & iugum recepit. Comitia Imperii dilata fore ſcribunt ex aula: ſed noſtri tamen ſub finem huius menſis ſe ſiſtere debent. Ii ſunt Ludovicus Comes VVitgenſteinius, Præfectus Simmerenſis; Iohannes Engelbertus à Lauteren, Præfectus Lautræanus: Carolus Paullus, Chriſtoph. Reinerus Cancellarius Ambergenſis, Ludovicus Camerarius, & D. Schloecerus, gener Toſſani; iis addentur Secretarii duo. Cæſar cognovit in ſuperiore Palatinatu eſſe picturam Dureri artificioſiſſimam in ara quadam Papebergi quod exiguum eſt oppidulum ad Eſchebachum, ea depoſita iacebat

in an.

in angulo obſcuriſſimo ſitu peritura. Cæſar eam magnis precibus ab Anhaltino & Electore petit, pro magno munere, quod ſe artificioſis huiusmodi tabulis oblectare ſoleat. Metus eſt, ut iam producatur ad ſuperſtitionem, nihilominus Cæſaris deſiderio ſatisfiet. Tota domus mea te ſalutat. Vale feliciſſime decus noſtrum. Heidelbergâ, 7. Novemb. 16 07.

LXXXI.

SPero ego fore, ut has meas antevertat reditus tuus in Germaniam, tamen ſi forte ulterius te teneat Patria, malui te ſcire nos valere, & Principem quoque reſtitutum, niſi quod pedes ad officium nondum redeunt. Iam avidè exſpecto nuncium felicis tui ad nos reditus: credo enim Graviſſetum omnem moturum lapidem, ut te in tutiorem locum ſiſtat. Nos anxios habet Bavarica expeditio: nam conſtat nobis Monachii delectum habitum, & recenſitos ſepties mille equos, 16. millia peditum. Hic apparatus nimius ad domandum oppidulum Donaverdam, & cives illi ad omnia ſubeunda parati tamen, neque illis usquam ſpes auxilii: nam quod VVirtembergicus in 6. Dec.

conven-

conventus habuit Vlmæ Circuli, ad quos evocavit Evangelicos tantùm, atque adeò Badenſis ſuos non miſit, neſcio quæ prætexens, inde ego nihil ſolidi ſperare poſſum. Neque tamen aſſequi poſſum, quo tendere poſſint molitiones iſtæ: delabor eò ut exiſtimem inanem hanc eſſe oſtentationem potentiæ, & periculum illum facere velle virium ſuarum & metum vicinis incutere. Sunt qui ſuſpicentur Electoratum eum appetere, nec contentum fortuna ſua, ampliorem ambire: nos certè nihil opponimus adhuc, neque tam facilè veternus excutiatur. Hiſpani molitiones quoque ſuſpiciones augent: quod aurum tanta copia colligit: quod Fuentano exercitum menſe Ianuario parare iniunxit; quod Dieſtanos ſeditioſos quadringentis millibus florenorum placavit. Sed qui in cœlis eſt, ridet: & cuſtos Iſraelis ſuos tuebitur aut caſtigabit. In eius paterno amore acquieſco. In Caſauboni magni illius cauſſa nihil adhuc conſtitutum, indignor, & lentorem iſtum noſtrum abominor, interea & M. Præfectum & Cancellarium urgere non deſino. Camero Scotus, quem mihi aliquando cõmendaſti cum Calignoniis, egregiè doctus vir eſt, & ſæpe me frequentat, gratias tibi debeo de hac conciliatione: ſed iam dudum effeciſti, ut tibi uni debeam, quid-

quid

quid mihi jucundum accidit. Tu vive valeque amicorum eximie. Heidelbergâ, 12. Dec. 1607.

LXXXII.

Binas abs te ſimul accepi, cum libello, pro quo gratias habeo maximas. Leopoldum nunciant Tabernas Alſaticas perveniſſe, quum Tubingam tranſiret tribus cum ciſiis, ſimulavit ſe ab Auſtriacis legatum. Confirmationem habet à Papa, neque quisquam eſt, qui ſe eius dignitati novæ opponat: dum nos elabi occaſiones nobis proſpiciendi, negligimus omnes, ità irretimur & tamquam indagine circumcludimur, ut iugi excutiendi vix futura putetur facultas. DOMINVS providebit. In conventu Vlmenſi aliud non actum, quàm ut de Donaverda in Comitiis agatur. Cæſar illuc ſuos miſerat, qui acre ſcriptum exhibuerunt, ne quis omnino proſcriptorum cauſam ſublevare cogitet: quin & ſcribunt Cæſareis iuſſis Vlmenſes atque adeò Neuburgicum adeò territos, ut ſuis publicè edixerint, ne quis quemquam Donaverda profugum hoſpitio accipere audeat; annon compendiaria iſta ad ſervitutem via? Copias ſuas retinet adhuc

excuſatione opus eſſe; cur vocatus ſe non ſtiterit: ſed Princeps ipſum avocaverat. Bone Deus quàm præclara Caſauboni ad Scaligerum compellatio, iam ſatisfactum dignitati Scaligeri contra latratus ſceleratorum. O factum bene! quod ne quidem nominare dignatus opprobrium hominis. Abripuit & me totum narratio de laniena apud Thuanum, puero me illa acciderat, neque aliud ità ſenſibus meis è publicis calamitatibus impreſſum: atqui ſummus ille vir, quàm candidè omnia recenſet, nil veritus, qui contraria omnia ſibi credi poſtulabant invidiam. Iſtos theſauros & tantorum virorum amorem tibi uni debeo, atque id in maximis tuis beneficiis numero. Sed aſinum illum de monte Carmelo cantantem quis ferat? dignus ſcilicet vindex Lipſii, nil niſi ſordes & monachiſmus. Itàne Lipſius bonas litteras docuerit, ut alios non reperiat qui cauſam ſuam agant, quàm pecus tam brutum? convicia & contumelias iacit de plauſtro, ſed ſine Sale. Indignatus ſum, quum reperi anagramma Sus Obnigra, ubi monaſtico acumine ſuſpicionem ſuam prodit, quaſi tu autor eſſes. Cogitavi, anne per Oratorem Regium, qui Bruxellæ eſt, ſi is tibi amicus, negotium beſtiæ illi creari poſſet, ob atroces iniurias quas in te effundit, cum tamen

authos.

author libri non ſis, & quam voluptatem in maledicendo cepit, eadem in lite moleſta & infamia, quæ condemnatos iniuriarum manet, perdat; ſed tanti non eſt ſterquilinium iſtud, neque lectores reperiet, niſi ſuæ ſortis: Itaque mittamus iſta, & nobis gratulemur lucem, qua Deus nos perfudit, & regnum tenebrarum in factione illa tota agnoſcamus. Vniverſi te ſalutant, & feliciſſima quæque precantur. Salveat & Graviſſetus & Gothofredus, Boeſius, aliique amici. Vale feliciſſime magnum decus meum. Heidelbergâ, 13. Septemb. 1607.

LXXVII.

Litteras ad te dederam, via Sedanenſi mittendas: quum Gothofredus abs te alias reddidit, & paullò pòſt Graviſſetus quoque, Bone Deus, ignem amoris ſpirantes. Perſpectus mihi candor tuus, & tu de fide mea quoque non dubitas. Amemus inter nos, & divulſionem hanc corporum, non animorum æquo feramus animo; quod mihi ſanè difficile. Bonum factum, quod examen illud Catholicum Edicti Anglicani Lutetiæ publicè exuſtum. Intereſt publicè, ut tales chartæ aboleantur: nimis ſe prodit

ſpiritus ille Lojoliticus. Graviſſetulus noſter heri ad altiorem ordinem promotus, primas inter condiſcipulos tenuit; à Grunradio, qui eum mihi ignotum putabat, ab alacritate ingenii & ardore præcellendi aliis commendatus: magno id mihi gaudio fuit: etiam Delphinus honeſto loco inter ſuos fuit, mihi curæ ſunt, uti & Doſchius, ac Svvebelii noſtri frater, qui ſaxò ſentiat, tuam commendationem multum valere, à fratre Doctore iam diu eſt, quod urgeor. Moguntinus à Cæſare attulit plumas ardeanas ingentis pretii, ut ſolent munera regum: etiam mandata à Cæſare habuit ſuper Comitiis. Cæſar vult ut Ferdinandus Archidux vices ſuas illic gerat. Leuchtembergius pecunia nos emungere laborat, & obtinebit. Cæſareanis permoleſtum eſt, quod . . . . . . ad nos propendet, & avertere nos moliuntur, prolatis atrocibus, quæ ille antehac in nos conatus in aula; ſed hoc ipſum incitamentum erit ad maiorem coniunctionem. Heroas illos veſtros demiſsè ſaluto, & iam aveo, nuncium audire de confecto feliciter itinere tuo. Det tibi Dominus quæ optas. Vale alter idem. Heidelbergâ, 26. Septemb. 1607.

Litte-

LXXVIII.

Litteræ tuæ ab optimo Graviſſeto, huc Mombelgardo redeunti mihi redditæ ſunt heri. O quanto mihi ſolatio fuerunt in miſeria mea; nam dolor, qui pedes invaſerat Mombelgardo, triduum me lecto affixum tenuerat, neque dum receſſit; ſed malui itineris moleſtias perferre, quam in morbo moleſtus amicis eſſe, & imminente hyeme maioribus difficultatibus me involvere. Ac quamvis pedibus captus, tamen domum feſtino, illic quæ Deus porro immiſerit, exſpectaturus. Ceterum negotia mea Mombelgardi pro voto confeci & affinium inſignem benevolentiam expertus ſum. Nihil autem tam me afficit, quam hic & illic prædicatio tuarum virtutum & teſtimonia innumera ingentis tui in me amoris, quem tu ubique apud omnes larga manu ſpargis. O Deus ſerva mihi incomparabilem huncvirum & amicum. Preces ad Deum fundo pro tua incolumitate aſſiduè, & gaudeo Graviſſetum ad te iter ſuum maturare. Certè nihil illo ſuavius & tui amantius. Vivite ac valete fœliciſſime. Argentorato, 16. Octob. 1607.

Heri

LXXIX.

HEri Iuntæ noſtro commiſi litteras ad te Graviſſeto reddendas, quem ille confidebat omnino reperturum eſſe Argentorati, quum ipſe litteras ad Regem expediendas habeat pro ipſo in Carthuſiano negotio. Addidi & librum pro te Richardi Streinii adverſus Bellarminum, poſt ſummi illius viri fata, inter ſcripta eius repertum, mihi perplacuit eius libri lectio. De Anhaltini adventu nihil adhuc mihi conſtat, neque dum compellare potui Baronem Donanum, ſed ſpes eſt hoc biduo fore, ut in aulam conſcendere poſſim, iam enim in plano ambulare rurſus poſſum. Præſes noſter conſtituit iter ſuum ingredi 6, Novembr. nam & Dillæburgi & Caſſellis ipſi ſubſiſtendum erit, & difficultas viarum ex continuis pluviis, his brevibus diebus, maius tempus flagitat. De Mansfeldii & Hanaici legatione nihil certius interea didici. Princeps cubiculo ſe tenet ob defluxiones in pedes. Deus maius malum avertat. Neſcio an nunciarim Pleſſenium noſtrum ſponſum eſſe, & ducere Quadii noſtri viduam natam ex ſtirpe Ketleria, quæque iam Gynæceo præfecta

apud

apud nos eſt. Nuptias inſtitutas audio in 20. Novembr. Deus te ſervet tamquam pupillam oculi, ac reddat nobis ſalvum & incolumem. Vale. Heidelbergâ, ultimo Octob. 1607.

LXXX.

SCripſi ad te 30. & 31. Octob. miſique Rich. Strenii librum de Bellarmini ſcriptis, iamque ſpero, quum hæ reddentur, Graviſſetum noſtrum tibi adfore, quem bonis votis proſecuti ſumus. De Caſaubono viro incomparabili, nihil adhuc certi ſcribere poſſum, noſti mores noſtrorum lentos, ſed ego urgere non deſino. De lib. Eccleſ. in admirationem rapit omnes qui viderunt, iam ſcripſi ante quid ſentirem, ô virum! Peccatur in publica commoda, niſi libertas ipſi plena datur vacandi huiusmodi lucubrationibus. De concordia in religione apud nos, utinam vera eſſent quæ apud vos iactata: nihil tale ſperare poſſum ego his moribus. Genevenſes conſulti ſuper colloquio, quod Neupurgicus urget, & improbant illi id, in quo fundamentũ noſtri collocarant, nempe non reſecandas ad vivum minutas cõtradictiones, ſi in præcipuis conſenſus

ſus ſit. Certè Heſſi adhuc acriter digladiantur, & noſtra ad concordiam invitatio, quantam . . apud illos excitavit, quinis, ut audio, libris contra editis. Denaiſius, qui te officioſe ſalutat, mihi ſcripſit Scioppium Monaci iam eſſe, & in tranſitu ius Civitatis Venetæ adeptum, biduana carceratione, cùm Paulum Servitam inſolentiùs ac minaciter allocutus, ſuſpectum ſe feciſſet: quam velim ſcire totam ſeriem rei geſtæ. Cæſar atrociter reſpondit Neupurgico, VVirtembergenſi, Badenſi, & civitatibus, qui pro Donavverdanis civibus intercesſerant, nolle ſe de propoſito decedere, ſibi ac aulæ ſuæ cognitionem hanc deberi &c. Miſera illa Civitas extrema omnia ſubiit, & iugum recepit. Comitia Imperii dilata fore ſcribunt ex aula: ſed noſtri tamen ſub finem huius menſis ſe ſiſtere debent. Ii ſunt Ludovicus Comes VVitgenſtenius, Præfectus Simmerenſis; Iohannes Engelbertus à Lautereen, Præfectus Lautræanus: Carolus Paullus, Chriſtoph: Reinerus Cancellarius Ambergenſis, Ludovicus Camerarius, & D. Schloecerus, gener Toſſani; iis addentur Secretarii duo. Cæſar cognovit in ſuperiore Palatinatu eſſe picturam Dureri artificioſiſſimam in ara quadam Papebergi quod exiguum eſt oppidulum ad Eſchebachum, ea depoſita iacebat

in an.

in angulo obſcuriſſimo ſitu peritura. Cæſar eam magnis precibus ab Anhaltino & Electore petit, pro magno munere, quod ſe artificioſis huiusmodi tabulis oblectare ſoleat. Metus eſt, ut iam producatur ad ſuperſtitionem, nihilominus Cæſaris deſiderio ſatisfiet. Tota domus mea te ſalutat. Vale feliciſſime decus noſtrum. Heidelbergâ, 7. Novemb. 1607.

LXXXI.

SPero ego fore, ut has meas antevertat reditus tuus in Germaniam, tamen ſi forte ulterius te teneat Patria, malui te ſcire nos valere, & Principem quoque reſtitutum, niſi quod pedes ad officium nondum redeunt. Iam avidè exſpecto nuncium felicis tui ad nos reditus: credo enim Graviſſetum omnem moturum lapidem, ut te in tutiorem locum ſiſtat. Nos anxios habet Bavarica expeditio: nam conſtat nobis Monachii delectum habitum, & recenſitos ſepties mille equos, 16. millia peditum. Hic apparatus nimius ad domandum oppidulum Donaverdam, & cives illi ad omnia ſubeunda parati tamen, neque illis usquam ſpes auxilii: nam quod VVirtembergicus in 6. Dec.

conven-

quid mihi jucundum accidit. Tu vive valeque amicorum eximie. Heidelbergâ, 12. Dec. 1607.

LXXXII.

Binas abs te ſimul accepi, cum libello, pro quo gratias habeo maximas. Leopoldum nunciant Tabernas Alſaticas perveniſſe, quum Tubingam tranſiret tribus cum ciſiis, ſimulavit ſe ab Auſtriacis legatum. Confirmationem habet à Papa, neque quisquam eſt, qui ſe eius dignitati novæ opponat: dum nos elabi occaſiones nobis proſpiciendi, negligimus omnes, ità irretimur & tamquam indagine circumclaudimur, ut iugi excutiendi vix futura putetur facultas. DOMINVS providebit. In conventu Vlmenſi aliud non actum, quàm ut de Donaverda in Comitiis agatur. Cæſar illuc ſuos miſerat, qui acre ſcriptum exhibuerunt, ne quis omnino proſcriptorum cauſam ſublevare cogitet: quin & ſcribunt Cæſareis iuſſis Vlmenſes atque adeò Neuburgicum adeò territos, ut ſuis publicè edixerint, ne quis quemquam Donaverda profugum hoſpitio accipere audeat; annon compendiaria iſta ad ſervitutem via? Copias ſuas retinet adhuc

huc Maximilianus Bavarus, itemque Epiſcopus Auguſtanus. Etiam Herbipolenſis magna tormenta conducenda curat, nuper ſ. quibus ſingulis adhibiti 30. equi feſtinantiſſime transvexit, noctu itinere per Evangelicorum ditionem facto. Stulti forent, ni uterentur occaſione in hac omnium noſtrorum ſocordia. Præſes noſter nihil adhuc Haga ſcripſit. pr. Kal. Decemb. Brema ſcripſit, queſtus de itineris difficultatibus, terrâ illuc Bataviam petere conſtituerat. A pacis illius tractatione, noſtra tranquillitas pendet. Gothofredus noſter Rector Academiæ creatus eſt in hunc annum: Domino Graviſſeto ſalutem dico, cuius filius bellè habet & officium facit. Litteras ſe daturum pollicitus mihi eſt, Portus & Præceptor eius te officioſè reſalutant: periculum de ſtudiis nudius tertius feci & inſignem profectum animadverti. Vix fero indignitatem quod ſpecie negotiorum publicorum, & quæ ad Comitia, faciunt: nihil adhuc conſtitutum certi de Caſaubono. Pudet pigetque morum. Tu vive valeque decus noſtrum. Heidelbergâ, 26. Decemb. 1607.

Etiam

LXXXIII.

ETiam tuas 26. Decemb. datas cum Polybianis paginis Marnio mittendis & binis exemplarib. Philoſtrati Epiſtolarum rectè accepi. Sed miror nullam te in utraque epiſtola, etiam, ea quam ſcripſeras 23. Dec. mentionem facere, ego certè ſingulis ſeptimanis ſcripſi & proxime Strenii duo exemplaria miſi. Gentili mittam ſuum hodie, nam commodum redit ad eum qui ſalutem mihi ab ipſo dixerat. Totus fui his dieb. in Polybio, adeo afficit me & interpretatio, & typorum elegantia: plurimum tibi debeo eo nomine, uti & pro Philoſtrato; ſed quid ego pro ingentib. tuis in me beneficiis repon ere poſſum quam verba. Bonum factum, quod Graviſſetum retinuiſtis à diſcrimine viarum & tempeſtatis; eum ſalvere jubeo. Salvent & hic ſui, nec ullæ ſuperſunt in urbe reliquiæ luis, quam in unicis ædib. arcularii cuiusdam. A Præſide noſtro litteras accepimus tandem 20. Dec. datas Haga: Poſtquam Principem Mauricium ſalutaſſet, convenerunt ipſum Francici Oratores, quod ego tua commendatione factum credo. Archiducales nondum advenerant, itaque

itaque ambigua omnia de pace erant. His dieb. Comes Hanovius domum ſuam rediit ſalvus, num in Belgicam legatus à Cæſare abiturus ſit, ne magnus quidem Præfectus noſter mihi dicere potuit: ſed ego arbitror, numquam futurum, ut Çæſar tres illos ablegeet. Onolsbacenſis arx incendio tota abſumpta nunciatur, neque additur quomodo, & num Princeps domi fuerit, magna hæc jactura. Brederodius miſit mihi has pagellas tibi mittendas: meo animo non debebat Lojoliticum & Italicum figmentum addi, nec puto eam mentem tibi fuiſſe, poſterius enim etiam fidē priori detrahit & in dubium trahit rem totam, exiſtimabam autem opponi hoc debuiſſe verum, fucato & fictitio illo Regis reſponſo. Reuberus his dieb. hic ſe ſiſtere debuerat ad feudi paterni inveſtituram accipiendam; ſed frigus iſtud amne Rheno gelu conſtricto iter facientes moratur, ei ſervo litteras tuas, & curæ mihi eſt negotium. interea ſalutem dico Dn. Hotmano quem æſtimo & amo & ob patris & ſuas virtutes. De Roncaſio in carceres à Sabaudo conjecto, ob ſtructas hero inſidias, etiam Geneva ſcribitur, ſed nihil exacti. Noſtri qui ad Comitia profecti, quatriduum inſumpſerunt, donec Boxbergam pervenirent, quod ſeſquidiei itinere hinc abeſt. Propoſitionem

tionem nondum publicatam puta Comitiorum, ſed 30. foliorum eam eſſe aiunt, & ad recitandam eam ſex horarum ſpatium requiri ſcribunt, gratulor noſtris gaudium illud. Reſalutant te Socer, Gruterus, Freherus, omnis domus mea. Vive valeque feliciſſime, animæ dimidium meæ. Heidelbergâ, 9. Ian. 1608. Princeps rurſus publico abſtinet, defluxio genu rurſus occupavit. Pertinax apud nos frigus & acerrimum.

LXXXIV.

Binas rurſus accepi hac ſeptimana 11 & 15. Ian. datas. Noſtri ad Comitia miſſi vix de curru deſcenderant, quum ad Archiducis convivium invitati fuerunt, id habitum 12. huius ſplendidiſſimè, & ab epulis & 40. vini generibus. Ipſe Archidux in ſumma menſa ſedebat, à dextris Eccleſiaſticorum legati, à ſiniſtris ſæcularium; Perpotatum præclarè, Leuchtembergius præcentor fuit. Pòſt inſtitutæ ſunt conſultationes. Evangelicorum conſenſus eſt maior quàm unquam, etiã Saxonici conſilia coniungunt. Gravamina tolli volunt, nec aliter contribuere: ſed & Pontificii conventicula ſua ha-

bent. Si in conſenſu iſto perſeverabitur, frangentur conatus aliqui. V Virtembergici & Neuburgici acriores ſe præbent reliquis. Civitates ſollemniter Palatino noſtro gratias egerunt, de vigilantia, tempeſtivè monuiſſe de iſtis quæ iam experimento ſentiant. Sed audi. Neapoli publicè cremati Baronii Annales, ob revocatam in dubium Iacobi Galæciani peregrinationem; magis ob diſputata iura Sicula. Id ſi verum, per omnes ditiones idem edictum ſervandum erit, quo capitale, libros habere: ſi vera res, tu aliunde rem ſcies. Fuentanus minaciter Rhætis ſcripſit, niſi Curienſem Epiſcopũ reſtituant, & à perſecutione amicorum ſuorum deſiſtant: illi perſeverare dicuntur. Durlaci incendio periit, hortus ficuum magno ſumptu ab iſto inſtitutus: Vormacienſi Epiſcopo horreum in quo 70. plauſtra vini fuerunt, damnum datum 10000. florenorum. Deus te & bonos illic omnes ſervet. Vale amicorum eximie. Heidelbergâ, 23. Ian. 1608.

LXXXV.

Per hos dies nihil abs te accepimus, necdum venit Sedanenſis. In Comitiis unanimiter cenſuerunt negandum Cæſari

ſari omne auxilium, ſed ſerio urgetur Cæſar pacta cum Hungaris ſervare, & pacem cum Turcam factam ratam habere: minimè conſultum, ut Imperium adverſus Hungariam quæ munimentum hactenus fuit adverſus Turcam, quidquam conferat. hæc ſententia Saxonum fuit, in quam reliqui omnes conceſſerunt, ideoque idem noſtris quoque placuit. iam videbimus an conſtantiam ſervaturi ſunt, quod acriter præ ſe ferunt. Badenſes, ſcis, utriusque factionis citatos fuiſſe ad Comitia, id eſt Eduardi filios non minus quàm Durlacenſem, quumque illi de ſeſſione certarent, iuſſi utrimque conſultationibus interea abſtinere: hoc præmii fert iſte ob obſequia tam ſerviliter præſtita. Leidæ parant Satiram Menippeam in ſceleratum Schoppium, quæ typis mandabitur. Bogardus & Arminius Hagæ Præſidem noſtrum adierunt ac rogarunt, ut ipſorum innocentiam apud noſtros teſtari velit, quamvis de prædeſtinatione, libero arbitrio, & perſeverantia ſanctorum aliter ſentiant, quam in Eccleſiis doceatur, nolle ſe tamen pacem Eccleſiæ turbare, aut diſſidia movere: ipſe petiit ſcripto id comprehenderent, quò meliùs apud alios excuſare ipſos poſſit, quod illi in ſe receperunt. Princeps Anhaltinus intra 6. aut 7. dies aderit, evocatus ab Electore.

Ego ſatis aſſequi non poſſum, quidnam Saxonem ad diverſa planè à prioribus conſilia impulerit, vix eſt, ut mihi perſuadeam, glaucomam ipſis ademptam, Donaverdenſi executione: quamquam ea exacerbatus dicitur. Vive valeque quàm beatiſſime. Heidelbergâ Kal. Februar. 1608.

LXXXVI.

HIs diebus nihil à vobis accepimus. Dux Ferdinandus Bavarus obiit Monachii relicta ſobole ex uxore theſaurarii ſui filia, maſculos duos ſacris ordinibus addixit. In Comitiis præclarus adhuc conſenſus Evangelicorum, & Saxones cæteris acriores & liberiores, in Ieſuiticè Catholicos acriter invecti, qui tolerari non poſſint turbarum auctores, itàque ante omnia pacem religionis confirmandam, & quidquid contra eam factum, revocandum, & de pace interna cavendum. Cæſarem pacta cum Turca & Hungaris ſervare debere: nihil porrò contribui poſſe, popularibus exhauſtis tam diuturnis & immenſis erogationibus. Pontificii contrà ne latum unguem de ſententia ſua demoveri patiuntur, ideoque fieri poterit, ut re infecta comitia iſta diſſoluantur.

Hunga-

Hungari in Comitiis Poſonienſibus, Matthiæ Archiduci diadema offerunt, ſi recuſet, alium electuri: Clerus mitior factus exercitium religionis liberum permittit. Princeps noſter bene rurſus habet, heri hilariter planè apud eum cænavi. Vale fœliciſſime decus meum. Heidelbergâ, 5. Februarii, 1608.

LXXXVII.

Heri ſcripſi, & quia Eliſæus adhuc moratur, addere volui, præclarum illum conſenſum Evangelicorum labaſcere, nam iam ſcribunt noſtri, . . . inſciis noſtris ac Brandeburgicis, cum Moguntinis tranſegiſſe, & de priori fervore recedere, ac quod petunt Moguntini, concedere. Mirabar unde hæc ſubita mutatio proveniſſet, iam ſuſpicamur fraude priora omnia ita ſtructa fuiſſe, ut tanto nocentius fallerent. Leopoldus Epiſcopus Argent: in urbe fuit, ſine ſollemni ingreſſu, divertit apud Iohannitas, dona duplicata à Senatu accepit, & monialibus, quas etiam inviſit diſtribuit, Armamentarium vidit, & in Comitatu Ieſuitam habuit, qui eum dirigit: hæc facta 18. & 19. Ian. VVirtembergicus Dux, patris ſui obi-

Digitized by Google

tum Principi per litteras ſignificat, & amicitiam expetit, etiam Ratisbonam ſuis mandata miſit, ut cum noſtris conſilia communicent. Sed hæc . . . levitas conturbabit omnia; ego dedidici in publicis bene ſperare. Sed te ſub has nundinas ad nos venturum firmiter ſpero, & in ea ſpe recreor. Salve amicorum coryphæe. Heidelbergâ, 6. Febr. 1608.

LXXXVIII.

MIrificè me recrearunt litteræ tuæ 4. Mart. datæ, cum ingentem mihi ſollicitudinem creaſſent priores tuæ de horrore febrili, qui te invaſerat. iam ſollicitum me habet traiectus tuus in Angliam. Deus ductor eſto, in cuius manu ſalus noſtra terra marique. iam impatienter Graviſſetum noſtrum exſpecto, ut ex eo cognoſcam minutiora, & omnia de rebus veſtris omnibus. Tuis litteris nihil mihi iucundius aut optabilius, itaque ſtudioſe illas elicio. Mompenſerii fatum, nos quoque vehementer afficit. ſubtrahuntur tales quodammodo relliquiæ virtutum, imminentia mala accelerari ſolent, quæ clementer avertat DOMINVS. Turbulenta omnia in Comitiis,

atque

atque inde metus maiorum malorum. Bavarus copias novas conſcribit. Neupurgicus malè metuit Kaishemio monaſterio ſuo, quod eripere conatur Sacer ordo. Si Saxones firmi manebunt, & irrita fiat pacis actio in Belgio, conturbabuntur rationes improborum Cæſar omni conatu frangere ſatagit fratris ſui Hungarorumque & Auſtriacorum conſenſum. Violenta conſilia agitant Cæſareani contra inſtitutum antiquum eius familiæ. Scioppius effudit contumelioſum ſcriptum in Venetos, ſub nomine Nicodemi Macri adverſus Nicolaum Craſſum: putidus omnino eſt, & pedantismis ſcatet ſcriptum: id mittam, ubi recepero. Princeps bellè valet, heri in publico pranſus, quod dudum factum non fuit. Miſit falconem album Regi, quem mille thaleris æſtimant, ob raritatem & induſtriam avis. Grunradius te officioſiſſimè ſalutat, idem Rector Gothofredus, Freherus, Gruterus, Boſchius, And. Paullus, & collegæ mei, itemque domus tota. Servette DOMINVS & dirigat greſſus tuos. Sierius mihi laudat Regis ſui librum, cui titulus Triplici nodo, triplex cuneus, qui Latinè & Gallicè converſus: ſed tu forte hæc iam ante coram ex ipſo cognoviſti. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 22. Mart. 1608.

LXXXIX.

SVaviſſimas tuas litteras 24. Martii datas rectè nudius tertius accepi, & ſummopere affecit me flagitatio mearum litterarum etiam per hoc iter tuum Anglicanum. Rectè tu de Archiducibus; & Soceri mei, mecum eædem ſuſpiciones. Cæſar Auſtriacis ſeverè edixit ut à pactis Presburgi factis recedant, & obſequio ſe reddant. ni faciant ſtatim, amiſſuros omnia feuda, iura, privilegia. Illi longa epiſtola rationes facti ſui reddunt, ſe ſemper Cæſarem imploraſſe in miſeriis ſuis, nuper adeo per legatos, qui poſt diuturnam moram Aula remiſſi fuerint ad Matthiam Archiducem, qui plenipotentiarius eius ſit, itàque ſe cum illo conveniſſe, petere ut rata illa omnia habeat, & offenſionem deponat. In Moravia quoque ordines Vicarium Cæſaris Baronem à Berga, locô moverunt, cuſtodias poſuerunt, & ad vim ſuſtinendam ſe inſtruunt. In Comitiis adhuc Delegati mandata à ſuis exſpectant, interea potatur, & convivia agitantur gnaviter. Ieſuitæ fœdis libris & turbulentis concionibus pacem religionis lacerant. Princeps noſter bellè habet, magno gaudio affectus, quod

quod Regi gratum munus falconis, & ille coram Rege κατόρθωμα feciſſet. Heinſius Panegyricum Scaligero dictum tandem mihi miſit heri, inſigne opus, nondum habemus Satiricon. Schoppiana putida miſſurus eram in Galliam ad te, ſed quia tu iubes aliò mitti, quæ ad te ſpectant, iam intermitto. Graviſſetulus ad ſuperiorem ordinem promotus eſt, Patrem eius hodie expectamus, cui tradam tuas. Tu vale ſub Dei ductu. Heidelbergâ, Kal. April, 1608.

XC.

PRæſes me certiorem fecit de litteris tuis, quas Caleto ad eum dediſti, indies nuncios exſpecto fœliciter peractæ navigationis. Princeps, & nos tui, valemus, Dei gratia: etiam ſtudioſi noſtri. Portus tibi inſcribit Homerum. Savilianas notas in Tacitum relegi per hos dies recognitas ab auctore; & omnino puto publicandas. Matthias Archidux Zaſchæ, qui locus Praga diſtat 9. milliaribus, conventus Bohemicos habet, etiam Pragenſes, eò evocavit conſultatum, quomodo rata habeantur Presburgi acta, & caſtigentur homines nihili, qui Cæſarem avertunt. Proteſtatur, ſi repugnanti-

bus ipſis vis fiat & clades inferatur, ſibi id omne imputent. Brederodius nobis adeſt, urget fœdus cum ordinibus ineundum. Is perſuaſum ſibi habet, non ſerio diffidere fratres Auſtriacos, & alios quoque idem ſentire vult. Edicta eſt Apologia Eccleſiarum Hungaricarum, qua profitentur ſe alienos ab Ariana blaſphemia confeſſionem Helveticam recepiſſe ac ſervare, paucos Auguſtanæ confeſſioni adhærere, ſine labe fraternæ charitatis ac coniunctionis. Vive valeque feliciſſime, ac lætus lubensque ad nos feſtina. Heidelbergâ 6. Maii 1608.

XCI.

Litteras tuas 5. Maii Londini datas rectè accepi. Deum precor ut te nobis ſalvum & incolumem reſtituat, rebus ex amici ſententia confectis. Heri huc venit Moguntinus cum Maximiliano Archiduce, hic fratri Matthiæ favet, ille Cæſari, putant ſi noſter ſe illis coniungat, poſſe ſedari res turbatas. In Comitiis Pragenſibus Matthiæ decreta ſucceſſio Regni, ſed ille per legatos in quibus Zerotinius petiit diadema ſtatim ſibi ſollemniter tradi, ... Matthias quoque

maio-

maiores copias acceſſit. Matthias queritur Comitem . . per Italum quemdam veneno ipſi inſidiatum, quem convictum in quatuor partes diſcerpi iuſſerit. Bavarus hic legatum habuit his diebus, qui nihil aliud, niſi vectigalium ſuorum augmentum urſit, haud dubiè exploratum miſſus, quid hic rerum agamus. 15. Iun. delectus habebitur, & novi artificii experimentum fiet, quod Iohannes Naſſovius excogitavit curribus cum tormentis concinnatis, in quibus aſſeres & haſtæ tutos reddant muſquetarios adverſus equitatus impetum. Res magnæ impenſæ eſt. Vale amicorum eximie. Heidelbergâ, 27. Maii 1608.

XCII.

DEo σωτῆρι gratia ſit & laus in æternum, quod redditus es feliciter Orbi noſtro. Iam horas numerare incipio, donec te potiri poſſimus. Auditor eſſe cupio novæ tuæ philoſophiæ, quam adeptus es hac peregrinatione: iam diu ego ludos iſtos Principum rideo, ſed ſæpe malis alienis, cùm tot boni evertuntur illorum ſtultitia aut ſcelere. Quorſum evadant Bohemica adhuc incertum. Vlmenſes à Neupurgico &

VVittembergico invitati, petierunt ſibi ſingula explicari antequam in fœdus ſe darent, cuius rei delegati mandata non habebant. Buvvinkauſius in Galliam ad Regem celerrimè mittitur, Regem de fœdere edocturus & exploraturus, quid à Rege ſperandum viciſſim. Principis noſtri militia placuit iis qui ſpectarunt: alacrior fuit, quam per invaletudinem ſperari poterat: feliciter omnia peracta Hodie Principem reducem exſpectamus. Spectator fuit quoque Marchio Badenſis, & agmen comitiſſarum. Deus te nobis reddat ſalvum & incolumem, quod & optat omnis familia mea. Vale Decus noſtrum. Heidelbergâ 17. Iun. 1608.

XCIII.

Litteras tuas 6. & 7. Sept. datas rectè accepi. Socer te reſalutat amanter. Et quia libelli de ſtudiis Ieſuitarum abſtruſioribus aliunde facultas obtinendi non fuit, ſuum tibi latinè & germanicè editum mittit: ego ut primum legendus obtigit, probare ſcriptionem non potui: aiunt Scotum quemdam, cuius nomen tamen mihi indicari non potuit, qui apud Lojolitas vixerit, auctorem eſſe, & interea amiſſum, exiſti-

matur à Lauginganis Ieſuitis interceptus: Ambergæ excuſus eſt libellus. Quod de Veneto nobili ſcribis, qui callidè in arcana Lojolitarum penetrarit, eadem Lutetiæ acceperamus, ſed minùs exactè. Certè operæ pretium præſtitit iſte patriæ. Euphormionem à Brederodio receptum, miſi Richio Ambergam, ſed quas grates reddam pro aureo Molinæi libello, qui planè geminus eſt illi alteri in Ioſemanum, tam evidenter demonſtrantur fraudes Romanæ ſuperſtitionis, & tamen ſunt, qui lucem illam averſentur. Pro Graviſſeto & Delphino Præceptorem nacti ſumus commodum, Scotum quemdam Alexandrum Ramſey medicinæ ſtudioſum. Gothofredus primus eius mentionem iniecit. Camero deinde conſultus candidè quid ſentiret de eo expoſuit. Gallicè & Germanicè loquitur, & Latinè ſatis doctus, ad principia pueris inſtillanda, itemque Græcè: modeſtus eſt, & religioni addictus: omnem fidem & induſtriam pollicetur, qua de re ad Graviſſetum noſtrum ſcribo. Deus bene fortunet: ideoque aptior inſtitutioni videtur quod annos iam habet ſupra 30. Tenet quoque artem Lullii, in qua ſe iactaſſe hactenus dicitur, ſed monebitur, ne pueros incerta & fallaci illa ratione perturbet. Delectum Elector trans Rhenum ad Alceam

L. 7 habuit

habuit; adfuiſſe illi dicuntur Principes 30. & Comites 50. Nobilitatis magnum agmen. Mombelgardi in religione quid turbetur, valde ſcire velim, ſperabam mitiora omnia ab iſto, ſed demagogi plurimum ubique poſſunt. Rapini verſus miror, quomodo in extremis conſtitutus, ipſe mente ſibi conſtare adhuc potuerit, certè memorabile illud eſt. Omnes vota coniungimus, ut migratio Baſileenſis feliciter tibi eveniat. Edunt Ieſuitæ Virgilium cum commentariis copioſis, quos laudari ait Iungermanus. Vive valeque quàm beatiſſime. Heidelbergâ, 5. Septemb. 1608.

XCIV.

DOminum dominantium veneror & oro, ut hunc annum, quem ingredimur tibi fortunatiſſimum eſſe velit, & te ſalvum & incolumem conſervet: idem yovet familia mea. Tuas 29. Decemb. datas rectè accepi, & gratiam de conſtanti tuo in me amore agó: Grynæo & Caſtilionio pl. debeo, qui mei memoriam conſervant. De Belgicis nihil habeo memorandi ſcribere ex ore Præſidis noſtri: adeò ipſe quoque incertus eſt, quo res evaſura ſit: rectum eſſe animum

mum & iudicium Mauricii & Gulielmii Naſſoviorum: reliqua valde corrupta aut ſuſpecta. Ianinus non eam opinionem, quam primordio de ipſo conceperat, conſervavit, ſed hæc colloquii potiùs, neque litteris committenda. Freherus noſter ambigit rurſus an Cancellarii Ambergici munus accipere velit, ad quod eum omni conatu impellit Dr. Lœfenius. Gothofredus noſter onere Rectoratus ſublevatus, ei ſuffectus Lucius medicus. Præſes non ſatis teſtari ſtudium ſuum erga te verbis poteſt, iteratò ſalutem dicere iuſſit: nondum ad ſatietatem cum eo fabulari licuit: nam Princeps eum ſibi pæne ſoli vindicavit. Vive valeque dulce decus meum. Heidelbergâ, Kal. Ianuar. 1609.

XCV.

Litteras tuas 26. Febr. datas quarto die poſt accepi, voveo ut feliciter tibi eveniat profectio Argentoratum. Car. Paullus noſter nondum ſe extricaverat Lutetia 7. Febr. adeò ut metuam, ne comitem ſe dare Graviſſeto noſtro poſſit. Toletanus tandem abierat cum præclara fama liberalitatis Ibericæ. Addit Polybium Caſauboni

non

non proditurum his nundinis, neque quidquam auctarii ad hiſtoriam Thuani. Sed quis ferat iſtos homines apud vos, qui tam parum libertatis ac dignitatis rationem habent, & publicas iniurias,tamquā privati remittunt? tales & multi apud nos, præpoſterè pacis amantes. In Belgio nondum tractationum de induciis finis, & nunciant Hiſpanum rata habere omnia ab Archiducib. acta, idque perſuaſione Confeſſionarii ſui. Ex Anglia nihil accipio, quod miror. Auſtriaca quoque in ſuſpenſo. ſcribunt Matthiam Papæ denunciaſſe imparem ſe domandis ſuis, itaque cogi permittere religionem. In Conventu Circuli Rhenani placuit Ordinib. Edictum Electorum de moneta, ego adhuc de executione eius dubitare neceſſe habeo interea tota res nos difficultatib. & damnis involvit. Gentili miſi tuas, de quo nihil interea accepi. Socer meus catarrhis vexabatur Ambergæ, ſcribit ſe tuas pilulas cum fructu uſurpaſſe, & laudib. ſimul extollit tuum in ſe ſuosque amorem & feliciſſima omnia comprecatur. Aveo ex ipſo audire, quid cenſeat de Veneta cenſura. Præſes collegæque & Freherus & And. Paullus, & tota familia mea te amantiſſime ſalutant, & teipſum votis omnibus expetunt. Vale decus noſtrum. *Heid.* 26. *Febr.* 1609.

Semper

XCVI.

SEmper tu tui ſimilis, & in amicos beneficus eſſe pergis: binas abs te accepi, unà cum muneribus trium librorum: gratias agam, tædet verba tantùm reponere. De Thuani epiſtola gratias ingentes ago. O virum! qui etiam mei ioci rationem habuit: ſed quid reponam ad munus pretioſum hiſtorici operis. Epiſtola Italica elegans eſt, quæ Ieſuitarum beatitatem belle extollit, Præſes cogitabat Germanicam reddere, ſed labore longiore abſterretur. Defenſio Lipſiana haud dubiè eſt Caroli Scribanii Rectoris Lojolitici. Deo gratia, quod ineptiunt ità perditè, qui ſe veritati opponunt. Vapulat ibi nominatim Goldaſtus, ſed immerito: nullo iudicio præditus ſit, qui eum auctorem orationis de duplici concordia afferat. Magno Præfecto & Cancellario, quæ iubes indicavi, ii te reſalutant officiosè & aiunt Buvvingkauſium eadem Principi indicaſſe cum hic eſſet. Coadjutor Colonienſis legatos hic habet, qui ius ſuum in Comitatum Nuenariæ feudum Palatinum explicarunt, profeſſi nihil commiſſum, quo ius Palatini imminueretur, ſed noſtrum ius longè apertius & certius:

certius: atque illi Colonienſes turbaverant aliquid ante 200. annos, ſed deiecti iam olim. De induciis duodecennalibus res certa, eæque publicatæ 4. huius menſis. Deus aderit ſuis, quidquid callidiſſimè texãt fraudes veritatis hoſtes. Ex programmate iſto videbis conatus Chriſtmanni noſtri in Arabicis, cupit etiam apud vos hoc innoteſcere, itaque tibi mittere volui. Remitto Thuani epiſtolam, quæ mihi fuit optatiſſima: defero omnia mea viro tanto, in me tam prono, quod itidem tibi uni debeo. O Deus ſerva mihi tantos amicos. Lepidam narrationem miſit Camerarius Gœtinga de Bachanalib. Dreſdenſib. apparatus & ludi equeſtres fuerunt ſumptuoſi, & inſignes: in foro inſtituta venatio urſorum, & . . . . r, Præfectum venationis egit, quem etiam veſte & cultu repræſentavit: accidit ut ingens urſus procurreret, quem canes mordicus tenebant, ibi . . . . . . non legatus amplius Britannicus, induſtriam ſuam & fortitudinem demonſtraturus ſe ingereret, hunc Dux . . . . . . manu in iugulum impreſſa retorſit, ſcipione etiam quem manu geſtabat verbera intentans, ni abſcederet, non ipſi, ſed Electori & Principibus hæc oblectamenta inſtituta, receſſit ille & nihilominus ve-

natio-

nationi reliquæ diſſimulata contumelia interfuit. Pòſt curſu annulari inſtituto, ſponſione centum thalerorum provocavit Electorem, qui haud abnuit & fiducia peritiæ ſuæ ſponſiones pro more excreverunt, donec tandem 4000. thalerorum . . . . . Electori deberet: iuſſus numerare, negavit ſe in numerato habere, ibi venator incitare fratrem, ne quidquam condonet, ſi ſua res ageretur, potius ad mendicitatem ſe illum redacturum eſſe, ibi Elector accenſus, minari, niſi ſatisfaciat, ſe carceri ipſum qui Cæſar vocatur mancipaturum. Sed ego abutor otio meo, qui te negotioſum iſtis nugis morer! Ignoſce. Reſalutant te amantiſſime Magnus Præfectus &c. Vale amicorum coriphæe. Heidelbergâ, 14. April. 1609.

XCVII.

GRaviſſetus noſter tuas reddidit 29. Aprilis datas, nos verò ardentibus precibus te abeuntem proſequimur, & vota cum tuis coniungimus. Dirigat Deus tibi omnia in bonum, ſive immergaris rurſus fluctibus civilibus, ſive otia concedat, quod ego ſanè malim. Fiat voluntas DOMINI. Graviſſetus ſe valde durum præbet,

& tuo

& tuo exemplo invitatiunculas noſtras reiicit hactenus, hodie totus eſt cum quæſtore Electoris occupatus: filium cum Delphino & præceptore Ramſæo Baſileam deducit. Iuliacenſia non fluunt pro voto, dum Conſiliarii & nobilitas Brandeburgicos agnoſcere differunt, donec conveniat inter eos, qui ſe ſucceſſores iactant, interea Sacer grex conſilia miſcet, quomodo arceri poſſint, quicumque Pontificem Romanum non adorant: Interea iurisdictionem illic ſibi paullatim uſurpant. Genevenſes Principi ſcripſerunt, de Terraillii ſupplicio & periculo inſigni quo defuncta Reſp. illa, mirum, non poſſe ſapere Sabaudum, toties fruſtratum. Landgravius Otto Argentorato diſceſſit, reviſurus Patrem, inde Leidam iturus ſtudiorum cauſa. Salve eximie amicorum. Heidelberga, 14. Maii 1609.

XCVIII.

ETiam alteras tuas 19 Maii datas recte accepi, & poſt ex Gueretini litteris cognovi te Fontibellaquæi detentum, & fore, ut in Germaniam remittaris DEVS te dirigat & cuſtodiat Graviſſetus heri huc venit, Stutgardiam abit inde Argentoratum; quo

quo & Datenus, Colmariæ, vicinarumque Civitatum conciliandarum in fœdus noſtrum. Anhaltinus nomine fœderatorum Pragam mittitur, ei adiungitur Camerarius, & à VVirtembergico aliquis & à Civitatibus Hartliebius, Donaverdæ & aliorum gravaminum cauſſa. Sereniſſimus Elector perendie proſequi abeuntes conſtituit, coniugis ſorores Bullioniam & Tremoliam. Portus noſter abiit cum familia Caſſellas, à Præſide noſtro Principi commendatus. Salutant te Præſes, Paullus, qui iam in Electricis ſororumque cauſsâ Hagam ablegatur, Gruterus, omnis domus mea. Vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 4. Iunii 1609.

XCIX.

INſtitutum meum ſervo, ut ſingulis ſeptimanis certiorem te faciam de rebus noſtris, ignoſce huic importunitati meæ; te frui videor, cùm calamum ad te dirigo. A Britanno miſſus Robenus Aitton, Regi à cubiculis, vir doctus & inſignis Poëta, ad Principes noſtros, is attulit Electori librum Regis Latinè à Barclæo converſum, litterasque quibus petit ut unanimi conſenſu obſiſtatur ambitioni & potentiæ Papæ Romani: abiit hinc

hinc ad VVirtembergicum, inde Landgravium aditurus, Saxonem, Brandeburgicum, Anhaltinos, Brunſuicenſem: vir eſt egregius, cuius conſuetudo paucorum dierum mihi fuit iucundiſſima. Sed ego Regem illum vellem ſua agere, diſputationes illas ſcholaſticis permittere, & iram ſuam regiè in hoſtem publicum effundere. Placuit in Latina verſione addita monitio, quod in Puritanos dicit tantum ſuos attingere, qui in ſuo regno conſtitutionibus, quæ de adiaphoris, ferè obſequium negent: reliquis Magiſtratibus permittit libertatem Chriſtianam. Heri Pleſſenius ſecundo flumine deſcendit, miſſu Electoris in ditiones illas. Zollerenſis qui ſe Vicarium Cæſaris nominat in arcem Duſſeldorpi non admiſſus à Principibus. Freherus de auro rhenano ſcripturus dixit, ſi miſerit his addam. Barclæus mittitur ad Cæſarem, Sabaudum, Lotharingum quid cenſes Aquilio mentis fore, ſi gnarus eſt Satyrici? Regi eſt à cubiculis, & cum libro mittitur. Sed quid ſibi vult titulus ille (Aulæ Regiæ Præfectus) quem tibi tribuit Bullionius, quod tamen nos celaſti? cur conſiliarii Regii non tribuit ſimul, quem vidiſſe memini in litteris Regiis? Te Deus ſervet & reducat ad nos incolumem. Salutant

tant te amici & tota domus mea. Vale feliciſſime. Heidelbergâ, 7. Iulij, 1609.

C.

IAm diu languemus deſiderio cognoſcendi, te ſuperaſſe moleſtias itineris & hoſpitiorum ſine labe valetudinis, quam tibi integram & exploratam comprecamur. Iuliacenſia in præcipiti, ob adventum Leopoldi Epiſcopi Argentinenſis, qui Iuliacum arcem nomine Imperatoris occupavit: accedunt mandata Cæſarea atrocia quæ mitto. Bohemi & libertatem religionis, & adminiſtrationem Academiæ Pragenſis obtinuerunt, litteris eo nomine ſollemnibus traditis. Sileſii pariter exercitium religionis liberum, & ut Capitaneus porro iis ſit ſæcularis, & hoc tempore Carolus Dux Münſterbergenſis. Anhaltinus 10. huius audientiam nondum habuerat apud Cæſarem; Brandeburgicus Dr. Sigiſm. Goëtio mandata dedit, ut noſtris ſe adiungat; iſque approbat hactenus geſta omnia. Hiſpanicus Orator magna cum honoris ſignificatione Anhaltinum ſalutavit, etiam Florentinus Orator, atque adeò Perſici legati. Pragæ conciones habentur cum ingenti concurſu homi-

Digitized by Google

hominum. Socer meus Noribergæ iam cum Civitatibus agit, inde ad nos huc venturus eſt, ſed ad paucos tantùm dies ſubſtiturus. Antverpia nunciatum Papam, Hiſpanum, Sabaudum uno tempore Regem Galliæ per legatos adiiſſe, ut protectioni Genevenſi renunciet & vires ſuas cùm ipſorum ad obſidionem perficiendam coniungat: quod Rex ſtatim negavit ſe facturum. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 21. Iul. 1609.

CL

LAnguemus tui deſiderio hic, & qui ſunt tui amantes Argentorati, hoc indignamur, quod tibi extrema Pruſſiæ adeunda, quum Principis Electoris illius interſit, ad has potius regiones accedere. Deus det tibi moleſtias legationis feliciter ſuperare. Iuliacenſia ob adventum Leopoldi vacillant, quadringenti è Moſæ traiectu Hiſpanienſes in arcem Iuliacum inducti nunciantur, & exſpectari 200. alios inde. Dum noſtri Oratores Pragæ exſpectant, donec pandere eloquentiæ vela poſſint. Cæſar ſuos delegavit Donaverdam, quibus Bavarus ſuos adiunxit. Convocatis civibus indicatum, reſpexiſſe Cæſarem preces eorum, & quamvis

quamvis graviora meritos, ſolvere tamen proſcriptione, itaque de novo recepti, præſtiterunt Imperio iuſiurandum: ſed quia immenſos ſumptus domandis ipſis feciſſet Bavarus, tantiſper in eius poteſtate futuros, donec ſumptus reluantur, itaque iuſſi, etiam Bavaro iuſiurandum præſtiterunt. 18. huius Cæſar noſtros audivit, Camerarius cum laude peroravit. Cæſar nullum indignationis ſignum edidit, quæſivit anne de Camerariis Norimbergenſibus eſſet. En quo ludibrio habeamur maximo noſtro merito. Lœfenium in horas exſpectamus, qui Norimbergæ cum Civitatibus Franconicis tranſegit de fœdere: Boemi pergunt in inſtituto, & obtenta libertate religionis etiam in reliquis ſibi ſatisfieri petunt, ut loco moveatur Popelius Cancellarius Bohemiæ, cuius . . . . . ordine recenſent, ut Ieſuitis adimantur poſſeſſiones, quas in Bohemia emerunt, & in æternum adquiſitiones immobilium ipſis interdicantur, aliaque. Ab Hiſpano nondum approbatæ induciæ, unde de mutatis illic conſiliis ſuſpicio, & Zelandi intenti ad inſtruendas naves bellicas. Deus te ſervet, decus noſtrum. Heidelbergâ, 28. Iuli i 1609.

(o)

CII.

QVarta huius ad te ſcripſi & reſpondi ad tuas 24. Iul. Berlini datas. Præſes noſter ad Regem Chriſtianiſſimum mittitur, ſuaſu VVirtembergici & Badenſis, rogatum ne Rex ſe à propoſito dimoveri patiatur legatione Cæſaris, qui dicitur Zollerenſem eò miſſurus. . . . . legationem noſtram eludit, & tantùm abeſt, ut à propoſito demoveatur, ut exemplo Donavverdæ, eamdem viam inſiſtat contra Civitatem Kaufbeuram, itàque credo, noſtros reſponſum non exſpectaturos, ſed domum repetituros. memini prudentis tui moniti. Brandeburgicus Orator poſt menſium moram, non auditus Praga abit, idem & Florentino evenit. A Sierio habeo litteras, ait Archiducem Regis librum accipere recuſaſſe: itidemque Hiſp. Oratorem qui in aula Britannica: ſed Regem veſtrum legiſſe ſtatim avidè, eius iudicium ſcire velim. Caſtilionius Baſilea ſcribit conventum Badenſem ſolutum, nulla re memorabili conſtituta: amiciſſimè hinc inde diſceſſum, & poculis ſancitam amicitiam, quamvis atroces querelæ propoſitæ fuiſſent ſuper Martini du Voiſin ſuppli-

ſupplicio, ad quas Lucernenſes non reſponderunt, mandatis deſtituti. Rex Betunio & Caſtilionio mandavit, ut cum copiis ſuis ad iuſſa præſtò ſint, & apud Metenſes confluunt armati, Eſpernonius ibi exſpectatur. Te Deus ſervet & reducat incolumem. Vive valeque decus amicorum. Heidelbergâ, 11. Aug. 1609.

CIII.

Litteræ tuæ 19. & 26. Octob. datæ ſimul mihi redditæ fuerunt: ergo involveris rurſus civilibus undis, Deum precor, ut tibi det ſuperare moleſtias legationis, & ut fructus uberrimus in Remp. redundet ex tuis graviſſimis curis & laboribus. Præſes noſter in ſuis litteris perpetuò laudibus ad cœlum effert tuas virtutes, in ſe benignitatem comitatemque, & incredibile ſtudium erga publica commoda: eum in dies exſpectamus, & vovemus ut ſalvum amplecti poſſimus, coramque audire narrantem de ſuavitate veſtri convictus. Socer meus, qui nobis adeſt, bonis quoque votis legationem tuam proſequitur, mecumque gaudet ac gratulatur Reip. tali viro ad eam adhibito iuvandam, quæ certè opus habet. Ipſi neceſſi-

ceſſitas imponitur proſequendi Anhaltinum ad nuptias Stutgardianas, non ut nugarum ſpectator ſit, ſed publica dirigat conſilia Principum. De nuptiis iſtis varii ſermones, & notantur multa in inſtituendo apparatu σφάλματα. Brederodius totus in eo, ut noſtris excuſet, cur Ordines nihil hactenus præſtiterint Principibus, qui ſibi ipſis non conſulant. Vive valeque beatiſſime cum tuis. Heidelbergâ, pr. Kal. Novemb. 1609.

CIV.

Litteræ tuæ 8. Decemb. ſtilo novo datæ, novam mihi curam iniecerunt de valetudine tua, quum iter tibi faciendum ſit hac aurâ brumali, Deum precor, ut te ſervet, ac reddat nobis incolumem. Saxo aſper eſt in propoſito rerum Iuliacenſium, neque ſe flecti patitur: regitur conſiliis cuiusdam . . . . . . qui ſtipendia à Cæſare habere dicitur. Venetiis ſcribitur, Ordinum Legatum ea magnificentia, qua Regum Oratores ſolent acceptum eſſe. Car. Paullus noſter Hagâ diſceſſit 24. Novemb. convivio ab Ordinibus acceptus & honorificè dimiſſus: itàque brevi hic adfuturum ſperamus.

Te

Te quæſo, ut valetudinis curam omnibus rebus præponas, nam ut propter publica eam pericliteris, cur id facias, quum quidvis aliud agere videantur qui publicas curas præ ſe ferunt. Itàque Deo exitum commendemus, qui ſuos ſervabit, etiamſi corruat tota iſta Principum moles. Vive beatiſſime & vale, Heidelbergâ, 8. Decemb. 1609.

CV.

TErnas abs te Argentorato accepi 6. 8. 9. Martii datas. Deo gratias ago, qui uſum thermarum ſalubrem tibi fecit: Is porro te ſervet, & reddat incolumem, & reſtituat ità ut plurimum commodare publicè privatimque poſſis. Boiſſiſius illud ipſum de quo locuti eramus coram, tandem propoſuit, & acriter inſtitit, ut Principes fœderati ſcripto ſponderent ſe non adiuturos, ſi quid in religioſos ſuſciperetur: poſt varias concertationes, ut cùm Principes quidquid ſalva conſcientia & exiſtimatione ſua fieri poſſet, pollicerentur, tamen maluit ille diſcedere, & ratihabitationem Hallæ actorum retinere; quàm honeſtis promiſſionibus locum dare; putatur callide illud poſtulatum reſervaſſe, donec omnium conſiliorum

gnarus fieret, & ad iniqua adigere poſſet noſtros: quos ego rectè atque ordine feciſſe arbitror, & conſultius eſſe ope Gallica deſtitui, quam ut poſtulato abſurdo ſatisfacerent. Deus aderit ſuis, & ego exiſtimo etiam abſque illa ope, poſſe tamen noſtra ſuſtineri. Badenſis abit ad Saxonem illic quoque tentaturus, ſi expugnari pertinacia illa poſſit. Anhaltinus ad Regem redibit, ego valde vereor, ut mora illa incommodi ſummæ rerum inferat: ſed exitus eſt in manu Omnipotentis. Trautmanſdorfius Tribunus pro Cæſare copias colligit Ratisbonæ, minas ſpirat, uti & Bavari, nimis proterve. Inſignis eſt conſenſus Principum iſtorum hactenus & ardor pro Patria & religione certamen ineundi. Per totum hoc tempus, quo hic fuerunt, nulla facta compotatio, ſed à diluculo in noctem usque deliberationibus vacaverunt, non ſervata conſueta cibi capiendi hora, iam plerique abierunt. Heinſio tradidi munus tuum, nimis magno tibi conſtitit libellus exiguus, nolim factum, ſed tu ſollemne tuum ſervas omnes beneficiis accumulandi, quicumque vel minimum pro te præſtiterunt. Speramus Regem ipſum æquiorem futurum, neque aures præbiturum eſſe Pontificis mancipiis. Quas gratias dignas referam unquam, ob aureum libellum

Moli-

Molinæi, qui à Spiritu ſancto dictatus videtur; ô utiles meditationes, quibus tota vita dicanda: ego lectione eius ſatiari non poſſum. De Heraclito eius nihil memini me audiviſſe, ſed quidquid iſtius auctoris vidi ſummopere admiratus ſum ſemper. Vale amicorum decus. Heidelbergâ, 4. Martii 1610.

CVI.

BEas tu nos aſſidue ſcriptionibus tuis, tam amicis, tam prudentibus. Domino Denaiſio mittam deſcriptionem medicamenti adverſus hydropem, eum inviſi his diebus, nec unquam tam exhauſtum vidi. Iam aliud non exſpectat, quam ut vel peritonæum dirumpatur, aut aliter finis vitæ acceleretur: interea fidem in Chriſtum ſervat, & æquiſſimo animo liberationem ſuam exſpectat, pertæſus huius vitæ tam ærumnoſæ; pranſus tamen nobiſcum eſt, & pro te quoque vota fecit, ac Præſide, multum prædicata tua virtute, & in ſe ſuumq; filiū beneficentia, unicè optans gratias referendi ſibi ſuisque obtingere poſſe occaſionē. Galilæi liber huc allatus eſt: iā maioris facere incipio, quando Paulus Servita approbat. A Venetis Orator ad ordines miſſus, Thomas Conta-

tenus, nobis adfuit ſuperioribus diebus, litteras reddidit à Duce Venetiarum valde humanas, ipſi locutus ſum diu, id urgebat, ut diſſidium Vnitorum cum Cæſare amicabiliter componeretur: nihil ſe vidiſſe apparatus bellici in Pedemontano agro, qua tranſierit: Oratorem Venetum ad Britannum aliud in mandatis habere negabat, quàm ut officia mutua deferret. Secundo Rheno iter facturus erat, & Francofurtum petiit, in comitatu habuit ſex Venetos nobiles, & Comites Veronenſes tres: tota familia fuit quinquaginta capitum, in arce ſplendide hic habitus. Copiæ Cæſareæ quæ Paſſavii conſcribuntur, minantur ſuperiori Palatinatui, inſtruuntur omnia ad defenſionem, neque omnia pro voto fluunt hoſtibus, ut qui & pecuniæ & armorum penuria laborent. Credo ego Anhaltinum, iam Duſſeldorpium perveniſſe, ſi Ordinum & Britanni copiæ coniungantur, confido fore, ut rem gerat, & levi momento Iuliacum recipiat. Confluunt magno numero copiæ pedeſtres, in equitibus maior difficultas. Elector omnes Vaſallos ſuos pr. Kal Maias in armis inſtructos eſſe iuſſit Germershemi ſed ſpero opus non fore. Badenſis à Saxone nondum rediit, ſed Saxonis frater Culmbachiano Marchioni ſcripſit, fruſtra omnia per alios tentari, quando ipſe nihil obti-

obtinere potuerit. Landgravio Mauricio ſcriptum, ut is 250. equites conſcribat nomine unitorum. Brunſuicenſis quoque Pragam iter inſtruit, veſtes holoſericas rubras, certâ formâ ſuo comitatui nobilium præſcripſit, ſpe proſcriptionis obtinendæ adverſus Civitatem. Magno Thuano pl. debeo, qui mei memor ſit, & tam liberaliter ſua largiatur; gratias maximas habeo. Eius ἀλήθεια divinum opus, ô auream eius carminis clauſulam. Vive valeque, magne amice. Heidelbergâ, 16. April. 1610.

CVII.

Conturbata eſt ratio noſtra mittendarum litterarum, dum Sedanenſis ratio omiſſa, & extra ordinem litteræ mittuntur nobis ferè ignaris; inde factum, ut iam diu nullas abs te acceperim, ego tamen ſingulis ſeptimanis litteras ad te dedi. Anhaltini principia valde læta; Nam quum Hagæ ab Ordinibus obtinuiſſet equites mille quingentos ſecuritatis ſuæ cauſſâ, re cum Principe Mauricio conſulta, viſum eſt aliquid tentare, itàque additus peditatus quoque duce Ioh. Erneſto Naſſovio; & Leopol-

dianæ copiæ, quæ graſſabantur ſecurè in Leodicenſi agro, oppreſſæ, octingenti equites diſſipati, 300. equi abducti, cæſi 600. equites & totidem captivi abducti, cum Enhautio ductore & centurionibus: id factum 21. April. ad Moſam. Leopoldus ſtatim ad Anhaltinum litteras dedit, queſtus quod nulla iniuria provocatus, hoſtiliter egiſſet, eius facti rationes Cæſari reddendas, petiit ut de redimendis captivis mentem ſuam declarare velit. Anhaltinus ſtatim reſpondit, ſe non poſſe niſi conſultis Principibus poſſeſſoribus Iuliacenſium ditionum, certi quidquam ſtatuere. Ceterùm facti ſui rationes ſe Deo & cuicumque reddere poſſe, nec potuiſſe cauſſam hanc deſeri, ſine pernicie publica omnium Imperii ordinum, quum . . . . pravi conſiliarii privarint avitis ditionibus, & Regno, & porrò ſeducant. Magna clades illata hoſti & vix reparanda. Hic omnia ſcatent militibus qui coniungi debent cum copiis Anſbachici, ad infringendos conatus exercitus, quem Leopoldus collegit Paſſavii. Pragæ convenit Cæſarem, Moguntinus, Colonienſis, Archiduces duo, Saxo Elector, Brunſuicenſis & Darmſtadiani frátres duo, nondum ad nos perlatum quid conſtituerint. Deus te ab omni malo

cuſto-

cuſtodiat. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 5. Maii 1610.

CVIII

REctè mihi redditæ tuæ 10. Maii datæ, tantò gratiores, quod de adventu tuo ad nos, aſſeverant; ſaxit Cuſtos Iſraëlis, ut ſalvus & incolumis quàmprimum ſiſtaris, & laudatiſſimum opus tuum perficere poſſis. Publica nos anxios habent & oportet ut maiora mente agitet Rex quam Iuliacenſia, quando tam numeroſas copias ipſe adducturus ſcribitur, Deus dirigat bono publico. Cæſar Electoribus tribus Moguntino, Colonienſi, Saxoni, duobus Archiducibus, Maximiliano & Ferdinando, itemq; Brunſuicenſi & Darmſtadianis ſcripto propoſuit, ſuper quibus conſilium eorum flagitat: primum caput eſſe aiunt, quomodo recuperare poſſit à fratre Matthia ſibi adempta: alterum de Iuliacenſi negotio, ſuper quo omnes propendent ad amicabilē compoſitionem, niſi quod Saxo impunitam eſſe non vult pervicaciam iſtorum, qui ſe Cæſaris deſiderio, armis arreptis, opponunt. Copiæ militares hic collectæ, mittuntur ad Anſpachium, unà cum duobus vexillis VVirtembergicis, ut Paſſa-

viano militi occurrat, imminenti Palatinatui. Ex Italia habemus, Venetos negaſſe tranſitum copiis Hiſpanicis ex Tirolenſi agro, per ſuas ditiones, & Papam monuiſſe Galli & Hiſpani legatos, ſe in eo eſſe, ut legatione extraordinaria, utrumque Regem ad pacem & concordiam hortetur. Hiſpanicum reſpondiſſe nihil opus ea eſſe, nam ſuum Regem, nil niſi quietem cupere; Gallicum itidem, nil opus legatione eſſe: arma enim ſuum Regem non depoſiturum niſi Condæus ipſi reddatur, Iuliacenſia poſſeſſoribus Principibus relinquantur, & ſumptus in hos bellicos apparatus facti refundantur: nihilominus Papam celeribus equis legatos ſuos ad utrumque miſiſſe. Sed quas ego gratias tibi agere habeo, pro epiſtola Pauli Veneti: gratiſſima fuit eius lectio, & magis magisque virum admiror, eiusque exactum judicium. Thuanum admirari ſatis nequeo, quomodo tot negotiis ſufficere poſſit, cum litteris meis avocare à ſeriis ſuis non audeo, gratias acturus, pro conſtanti ſua in nos beneficentia, tu nos ipſi excuſa, & officia noſtra ſponde. Molinæi pro Britanno ad Cœffetæum impatienter exſpecto, ità admiror omnia illius viri, tum verò in illa cauſſa. Landgravius Mauricius adfuit Electori in Nova arce, indigne fert ſui rationem non

cam.

eam quam vellet habitam, fuiſſe, ſed placatus, ſuam quoque operam in hac expeditione pollicitus eſt. Thuani ultimam partem perlegi maxima cum voluptate & fructu; eadem iam fabula agitur, & metuo parem exitum. Sed quæ ſpes eſt de ceteris? Stat ne ipſi ſententia, reliqua premere? quin pergit, quum improbos ità infeſtos iam habeat, ut accedere ad odium, vix quidquam poſſit. Eum officioſiſſime ſaluto, & Deum noſtrum veneror, ut te ſalvum reddat nobis feliciter. Vale eximium decus noſtrum. Salutat te omnis familia mea. Heidelbergâ, 7. Maii 1610.

CIX.

PErculſi ſumus omnes improviſa cæde Maximi Regum, Deus vindex eſto, & ſceleratis conſiliis exitum det, quem merentur. Quinto die poſt patratum facinus, nuncius Metis huc allatus eſt, quod Arguienus Regi adfuiſſet, & celeribus equis eò veniſſet. Petunt abs te collegæ mei cum officioſa ſalute, ut duo hæc celeriter ad nos perſcribere velis, quid Sicarius ille confeſſus fuerit, nam vivum captivum detineri aiunt; & quid ſperandum de guberna-

tione ſub Rege puero, & quomodo ſtatus firmatus ſit. Ad primum horrorem abominandi nuncii ſtatim pro tua ſalute cura & ſollicitudo animum occupavit, itaque pro vobis preces quotidianas ad Deum fundo: quàm velim te ereptum flammis iſtis turbarum. De Romanorum Regis electione tu prudenter monuiſti, locutus ſum multum ea de re cum Socero meo, hactenus conſilia eò directa, ut quando invito Iovi, ſucceſſor obtrudi non poſſit à Pontificiis, res ad Vicariatum deveniri permittatur, quod ipſum agnoſcimus eſſe plenum difficultatis. Saxo alieniſſimum ſe ab omni electione inſtruenda oſtendit in Fuldenſi conventu, & acerrimè ſeſe Eccleſiaſticis oppoſuit. Iam certior factus ſum de Car. Paullo noſtro Sedanum ablegando, ſuper Principis Friderici reditu cum Bullionio agendi. Heu quot miſerias & clades proſpicio ſub Rege puero, & quam infringuntur & conturbantur conſilia Principum! Deus aderit ſuis in quem confidimus. Læta principia Anhaltini, ſecuta alia itidem proſpera, nam Principum copiæ ad Iuliacum confecerunt 300. circiter 400. captivis cum magna præda abductis. Sed hic caſus omnia conſilia conturbabit. Praga nihil habeo, poſt illa quæ proximè ſcripſi. De tua ſecuritate unicè ſollicitus ſum, & voveo;

veo, ut te in tuto collocatum eſſe, quamprimum cognoſcere poſſim. Pro Thuano & Caſaubono, aliisque bonis vota quoque facio ad Deum, in quo confido. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 11. Maii 1610.

CX.

DVm ſuſpenſis animis nobis adhuc blandimur, deque atrocis caſus veritate ambigimus, redduntur tuæ 16. Maii datæ, quæ nimis veram Tragœdiam nunciant. Preces meas cum tuis ardenter coniunxi, & pergo porrò, perfugium meum & ſolatium in publicis privatisque malis, in vero illo, omnis miſericordiæ fonte collocare. Quot mala prævideo, ſub pueri Regis Imperio? quot impedimenta obiicientur molitionibus Principum noſtrorum. Ad Deum igitur mentem convertamus, & cœlitus opem ſperemus: etiamſi libertas omnis ruat, tamen ſervabitur Eccleſia. Proximè per Car. Paullum; adducendi Principis noſtri Sedanum miſſum ſcripſi, maximoperè te rogare collegas meos, ut ad nos perſcribas, quo auctore cædes facta, & quid de ſtatu regiminis ſperandum; Vides igitur abs te nos certiſſima ſperare. Gueretiniana nondum vidi,

vidi, neque ſcio an Villaregius ſcripſit: ſed tuum ego vaticinium in initio litterarum tuarum admirari ſatis nequeo, qui ictum hunc clare proſpexiſti. Iuſtus es DOMINE, tecum exclamo, & cetera fervidè precor. Quum regimen apud vos iam ſtabilitum ſit quodammodo, ſpero etiam fore, ut conſilia à Rege incohata, non planè omittantur, ſed promiſſa à Rege auxilia Principibus præſtentur; avocando hoſti, qui Condæi prætextu conabitur omnia perturbare. De Dano paucula nuper ſcripſi, non committi chartæ poſſunt talia, ſed video impedimenta varia. Id ſeriò egerant Vniti, ut Saxo arbitrium cõpoſitionis amicabilis ſuper Iuliacenſibus Dano permitteret; ſed reiecit ille penitus omnem actionem, uti & proximè Badenſis nihil apud . . . illos promovere potuit. Videntur adminiſtrari illi corrupti auro Hiſpanico, adeò Mercenarios Auſtriacis ſe oſtenderunt; adeò ut . . etiam omnem ulteriorem ſermonem de iſtis rebus averſatus fuerit, & Iuliacenſibus dixerit, malle ſe ut Cæſar ipſi iniuriam inferat, quàm ut Cæſari reſiſtat. Pragæ quid fiat nondum cognovi. Maximi Regum cædes, animos iſtorum inflabit, ſed in Deo confido, qui difflabit conatus. Sereniſſimus Elector valetudine meliore utitur, ad nuncium abominandi

nandi facinoris,planè conſternatus fuit quoque, & iam ſerio triſtem caſum luget: & quis non cohorreſcat, ad tanti Regis, qui parem hoc ſæculo, & ſuperioribus etiam non habuit, tam horrendum caſum? Tu vale animæ dimidium meæ. Heidelbergâ, 15. Maii 1610.

CXI.

INgens eſt noſtra de te & ſtatu Reip. ſollicitudo, itàque cottidianos, ſi fieri poſſet, nuncios de vobis exſpectamus. Vidi litteras Ratisbonæ datas, quibus ſcribitur, intra quadrieuum adveniſſe Bruxellis curſorem, qui lætum nuncium adferat . . de parricidio illo, superveniſſe ſtatim duos alios ſummè feſtinantes, gaudia iſta improborum nunciare. Additur Baronem Schvvartzeburgium è Carinthia, Lojolitis mire addictum, ante dies aliquot quàm nuncius allatus eſſet, dixiſſe, iam proviſum, ne Gallus nocere cauſſæ poſſit: in Alſatia iidem ſermones auditi ex Felſchio quodam è nobilitate Epiſcopali, & Leodici 12. ante cædem perpetratam diebus, inter Sacerdotes, eoſdem ſuſurros auditos. O Deus vindica, & exempla ſtatue. Anſpachius, aſſumptis

quoque

quoque noſtris copiis profectus eſt in Alſatiam, illic fortunam tentaturus, equites habet mille ducentos, peditatum legionum duarum. Iohannes Naſſovius in ſuperiorem Palatinatum profectus, cuſtodiendæ Provinciæ adverſus vim à Paſſavianis aut Bavaris. Pragæ deliberant Electores & Principes, quomodo Cæſar ditiones ſuas Auſtriacas à fratre ademptas recuperare poſſit, & de Iuliacenſi negotio ſuper utroq; capite Leuchtemburgius putabat, incaſſum laborari, ac fruſtra conſultationes inſtitutas: nihilominus convivia, ingenti cum luxu agitantur, & per ebrietatem, multa ſtulta fiunt, & dicuntur. Anſpachius VVirceburgico Præſuli intercepit 70. millia florenorum, quæ ſub ſpecie vini honorarii mittebantur ad Bavarum: accidit autem cum in pago Anſpachiano, rota currus confracta eſſet, & populares in auxilium attollendi currus vocarentur, admirandum ipſis viſum pondus tantum vini, quumque adeſſent illic quoque viri militares, viſum eſt explorare, & fraude detecta Anſpachicus argentum retinuit. A Præſide litteras Londino accepimus pr. Kal. Maias ſcriptas, cum Rege collocutus fuerat per horam integram, quæ negat litteris committi poſſe. Ceterum magnis honoribus à Rege, Magnatibus, aliiſque mactari, idem ſcribit

Leſie-

Leſſerius, qui levatur hoc tempore legatione Florentina Leopoldus paratum ſe decedere bonis conditionibus nunciavit, & paratum fide publica data ipſos convenire: iſti reſponderunt, ubi deceſſiſſet omni ditione quam violenter occupaverat, fore ut honeſtis cum eo conditionibus conveniretur: neſcio an nuncius atrociſſimi facinoris rationes mutaverit Brederodius cogitat apud nos ſedem figere aliquandiu. Deum veneror, ut te bonosque alios, Thuanum, Caſaubonum, Gueretinum, aliosque incolumes conſervet, & mala imminentia avertat. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 19. Maii 1610.

CXII.

Litteras tuas copioſas rectè & celeriter accepi, ſtatimque tuarum litterarum, quas ad Landgravium dederas exemplum ad VVirtembergicum & Badenſem miſi, tibique maximas gratias eo nomine ago. Quid non ſperemus boni, ſi Regina Thuani conſiliis dirigatur? ſed fluxa ſunt omnia Aulica, & ſanè perculſus eſt non mediocriter Anhaltinus, eò quod Boiſſiſius indicavit, nihil certi ſperandum de auxiliis Gallicis. Deus meliora! ſed hoc Nuncio

Papa-

Papali debemus. De te ſollicitus ſum, do-
nec proripias te ex diſcrimine illo. Quid
tandem de impulſoribus exſecrandi facino-
ris ſeriò confeſſus fuerit perditus ille, cogno-
ſcere deſideramus: ſatis eſt quod conſtet, ex
qua ſchola imbiberit extremum hoc ſcele-
rum. Anſpachicus cum copiis ſuis, quæ
ſunt duorum millium equitum, & ſeptem
millium peditum: læta quoque habuit ini-
tia, oppreſſa cohorte una, 90. captivis etiam
abductis Dalhemi, quod non longe à Molis-
hemo. Paſſavienſes nihil adhuc movent.
Cæſar novam legionem conſcribi iuſſit, &
quia Magnus Rex occidit, ſpiritus reſumit.
Brunſvicenſis obtinuit proſcriptionem urbis
ſuæ, eamque ſignavit Moguntinus. Dux ille
viciſſim Cæſari pollicetur ſe ſuis ſumptibus
præbiturum mille equites, duo millia pedi-
tum. Danus Roſtochii convenit Brandeb.
Electorem, & approbare fœderatorum cauſ-
ſam dicitur; uti & Mechelburgicus. Vtinam,
quod tu tam ſeriò & ſæpe inculcas, ſeriò age-
retur à noſtris, ſed indicavi proximè, quid
noſtri ſpectent. Iam alius nuncius adfertur
ab Anſpachio, quod alteram cohortem con-
ciderit & obtriverit equitatus eius, & ſupre-
mus legatus Eucelburgii Orsbekius captus
ſit, vexillo etiam reportato. Veyraſius no-
ſter conſtituit Argentorati ſubſiſtere; & An-
halti-

altino ſe excuſatum cupit. Tu decus noſtrum vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 19. Maii 1610.

CXIII.

Carolus Paullus cum Illuſtriſſimo Bipontino ad vos iam abit, doloris teſtandi & gratulationis cauſſa ab Electore noſtro ablegati. Tres exercitus iam alunt fœderati Principes, in Iuliacenſi, in Alſatia & in ſuperiori Palatinatu, quò iam quoque deducuntur equites Landgraviani 400. quos ducit Canis. Ioh. Naſſovius Dux eſſe debet eius expeditionis. Colonienſes edicto vetuerunt, ne quis ſuorum ſacras conciones audiat, Mulhemii, mulctam ponunt 100. aureorum rhenanorum, ſecunda vice delinquenti ius Civitatis adimunt, & criminis reos ſtatuunt. Domino Caſaubono ſcripſi, multum debeo illi viro, & admirator ſum eius doctrinæ eximiæ. Deus bone, quàm inſigne eſt & exactum ſcriptum illud pro Britanno, cuius mihi initium miſiſti, agnovi ſtatim auctorem Molinæum, auidè exſpecto reliqua: magis magisque virum admiror & ſuſpicio. Vale decus noſtrum eximium. Heidelbergâ, 30. Maii 1610.

Litte-

Papali debemus. De te ſollicitus ſum, donec proripias te ex diſcrimine illo. Quid tandem de impulſoribus exſecrandi facinoris ſeriò confeſſus fuerit perditus ille, cognoſcere deſideramus: ſatis eſt quod conſtet, ex qua ſchola imbiberit extremum hoc ſcelerum. Anſpachicus cum copiis ſuis, quæ ſunt duorum millium equitum, & ſeptem millium peditum: læta quoque habuit initia, oppreſſa cohorte una, 90. captivis etiam abductis Dalhemi, quod non longe à Molisſhemo. Paſſavienſes nihil adhuc movent. Cæſar novam legionem conſcribi iuſſit, & quia Magnus Rex occidit, ſpiritus reſumit. Brunſvicenſis obtinuit proſcriptionem urbis ſuæ, eamque ſignavit Moguntinus. Dux ille viciſſim Cæſari pollicetur ſe ſuis ſumptibus præbiturum mille equites, duo millia peditum. Danus Roſtochii convenit Brandeb. Electorem, & approbare fœderatorum cauſſam dicitur, uti & Mechelburgicus. Vtinam, quod tu tam ſeriò & ſæpe inculcas, ſeriò ageretur à noſtris, ſed indicavi proximè, quid noſtri ſpectent. Iam alius nuncius adfertur ab Anſpachio, quod alteram cohortem conciderit & obtriverit equitatus eius, & ſupremus legatus Eucelburgii Orsbekius captus ſit, vexillo etiam reportato. Veyraſius noſter conſtituit Argentorati ſubſiſtere; & Anhalti-

haltino ſe excuſatum cupit. Tu decus noſtrum vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 29. Maii 1610.

CXIII.

CArolus Paullus cum Illuſtriſſimo Bipontino ad vos iam abit, doloris teſtandi & gratulationis cauſſa ab Electore noſtro ablegati. Tres exercitus iam alunt fœderati Principes, in Iuliacenſi, in Alſatia & in ſuperiori Palatinatu, quò iam quoque deducuntur equites Landgraviani 400. quos ducit Canis. Ioh. Naſſovius Dux eſſe debet eius expeditionis. Colonienſes edicto vetuerunt, ne quis ſuorum ſacras conciones audiat, Mulhemii, mulctam ponunt 100. aureorum rhenanorum, ſecunda vice delinquenti ius Civitatis adimunt, & criminis reos ſtatuunt. Domino Caſaubono ſcripſi, multum debeo illi viro, & admirator ſum eius doctrinæ eximiæ. Deus bone, quàm inſigne eſt & exactum ſcriptum illud pro Britanno, cuius mihi initium miſiſti, agnovi ſtatim auctorem Molinæum, auidè exſpecto reliqua: magis magisque virum admiror & ſuſpicio. Vale decus noſtrum eximium. Heidelbergâ, 30. Maii 1610.

Litte-

Papali debemus. De te ſollicitus ſum, do nec proripias te ex diſcrimine illo. Quid tandem de impulſoribus exſecrandi facinoris ſeriò confeſſus fuerit perditus ille, cognoſcere deſideramus: ſatis eſt quod conſtet, ex qua ſchola imbiberit extremum hoc ſcelerum. Anſpachicus cum copiis ſuis, quæ ſunt duorum millium equitum, & ſeptem millium peditum: læta quoque habuit initia, oppreſſa cohorte una, 90. captivis etiam abductis Dalhemi, quod non longe à Molishemo. Paſſavienſes nihil adhuc movent. Cæſar novam legionem conſcribi iuſſit, & quia Magnus Rex occidit, ſpiritus reſumit. Brunſvicenſis obtinuit proſcriptionem urbis ſuæ, eamque ſignavit Moguntinus. Dux ille viciſſim Cæſari pollicetur ſe ſuis ſumptibus præbiturum mille equites, duo millia peditum. Danus Roſtochii convenit Brandeb. Electorem, & approbare fœderatorum cauſſam dicitur, uti & Mechelburgicus. Vtinam, quod tu tam ſeriò & ſæpe inculcas, ſeriò ageretur à noſtris, ſed indicavi proximè, quid noſtri ſpectent. Iam alius nuncius adfertur ab Anſpachio, quod alteram cohortem conciderit & obtriverit equitatus eius, & ſupremus legatus Eucelburgii Orsbekius captus ſit, vexillo etiam reportato. Veyraſius noſter conſtituit Argentorati ſubſiſtere; & Anhalti-

haltino ſe excuſatum cupit. Tu decus noſtrum vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 19. Maii 1610.

CXIII.

CArolus Paullus cum Illuſtriſſimo Bipontino ad vos iam abit, doloris teſtandi & gratulationis cauſſa ab Electore noſtro ablegati. Tres exercitus iam alunt fœderati Principes, in Iuliacenſi, in Alſatia & in ſuperiori Palatinatu, quò iam quoque deducuntur equites Landgraviani 400. quos ducit Canis. Ioh. Naſſovius Dux eſſe debet eius expeditionis. Colonienſes edicto vetuerunt, ne quis ſuorum ſacras conciones audiat, Mulhemii, mulctam ponunt 100. aureorum rhenanorum, ſecunda vice delinquenti ius Civitatis adimunt, & criminis reos ſtatuunt. Domino Caſaubono ſcripſi, multum debeo illi viro, & admirator ſum eius doctrinæ eximiæ. Deus bone, quàm inſigne eſt & exactum ſcriptum illud pro Britanno, cuius mihi initium miſiſti, agnovi ſtatim auctorem Molinæum, auidè exſpecto reliqua: magis magisque virum admiror & ſuſpicio. Vale decus noſtrum eximium. Heidelbergâ, 30, Maii 1610.

Litte-

CXIV.

Litteræ tuæ 6. Iunii datæ, nobis magnam lucem attulerunt ad ea, quæ cognoſcere avebamus maximè, & gratiſſimum id officium tuum collegis meis fuit, qui te reſalutant amantiſſimè & vota porro pro tua incolumitate faciunt. Gratulor tibi hanc magnanimitatem, qui ſeiungere à ſociis fidei tuam cauſſam non vis, confiſus in Providentia divina. O ſi publicetur aliquando, quod innuis, ut peſtifera ſecta magis innoteſcat. Socer meus molitur aliquid, ut publicè conſtet, unde manarit parricidiale facinus iſtud. Verum à veſtris ingeniis potiora expecto. Præſidis noſtri hoc eſt:

Cor Regis Ieſuita petit, cur? maxima cauſſa eſt,
Quod cultro petiit, cor Ieſuita petit.
Iure pari dentem poſcat, debetur eadem,
Debetur totum denique corpus ei.

Summopere placet Molinæi de uſurpationibus Pontificium. Noſtri Dachſtenum deditione acceperunt 4. Iunii, milites egreſſi 400. gladiis accincti, ii deducti Benfeldam uſque; iam Molzhemum aggreſſi ſunt. Lotharingus ablegavit huc unum è ſuis conſiliariis

liariis Myronum, ac ſuadet ut vicinia iſta bellicis turbis liberetur: ſe effecturum eſſe, ut & copiæ militares ſtatim excedant ex Alſatia, ſi modo noſtri pariter recedant. Conſultum videtur accipere conditionem, quæ etiam defertur VVirtembergico & Marchionibus duobus. Leopoldus cum Comite Ridbergio celeribus equis Pragam petiit. Nanceei fuit ante dies 10. & Praga nunciatum eo ipſum adveniſſe. Illic potatur ſtrenuè, & pacis viam amplecti velle videntur. Colonienſis & Brunſvicenſis concordiam tentare debent, ità ut in poſſeſſione maneant, qui tenent: & ſi res decidi non ita poſſit, cognitioni Principum Imperii permittatur. Cæſar dicitur Paſſavianas copias Bavaro permiſiſſe ad tuendā Donavverdam, aut invadendum Palatinatum ſuperiorem, cui iam præeſt cum imperio Comes Ioh. Naſſovius. Auxilia Gallica vereor, ut lentè ſubminiſtrentur, ob artes & molitiones Nunciorum Pontificis, ac legati Hiſpanici, qui oſtentatione pacis morabuntur ea. Vale decus noſtrum eximium. Heidelbergâ, 8. Iunii 1610.

Tuas

CXV.

TVas 4. Iunii datas rectè accepi, nequ mirari ſatis poſſum, quomodo fiat, u parricidialibus hominibus detur ac ceſſus ad novum Regem. Bonum factun quod Marianæ liber publicè exuſtus, ſed di cent ſuppoſititium eſſe. Illud magno mih gaudio fuit, quod Buvvinghuſius certa o mnia ſpondet de auxiliis. Incidit in manu noſtros Ieſuita qui ſe primum profeſſus eſt Italum nomine Alexandrum Brounum, ſed ex dilaceratis & ſub fimo in ſtabulo abſcon ſis epiſtolis, ſuſpiciones nobis ortæ ſunt, ut indagare potuerimus, quod etiam poſtea faſſus eſt ſe eſſe famoſum illum Gulielmum Balduinum Anglum, conſcium coniuratio nis pulveratitiæ illius, à Rege expetitum, ſed negatum ab Archiduce; is hic in arce cuſto ditur, donec Britannus certior fiat, & quid eo fieri velit, reſcribat: nam ex Garneti ac cuſatione, & aliunde conſtat, ipſum inter conſcios & adiutores atrociſſimi ſceleris fuiſſe, & intereſt publicè, ut peſtes iſtæ abo leantur. Gretſeri Veſpertilionis duo exem pla nactus ſum beneficio Denaiſii noſtri, eo rum unum iam mitto, ne faſcis nimium ex

creſce-

creſceret, & quod libertam futilis haud meretur communicationem. Vale amice magne. Salutat te tota domus mea & Iacobulus noſter alacris eſt. Heidelbergâ, 18, Iunii 1619.

CXVI.

IN maximo deſiderio eram litterarũ tuarum, quũ hodie binæ abs te mihi redditæ 18. & 28. Iun. datæ, cum reliquis Molinæi. adiunctas diſtribui, etiam quæ Francofurtum tendunt. Ego hodie mittor in caſtra ad Molshemum, communicandi conſilii cum Marchionibus, inde Haganoam eundum, ut illic arbitro Lotharingo, Comite Hanovio, Civitate Argent. & nobilitate Alſatica interſim nomine Principis actioni de deponendis armis & avocando milite ex Alſatia, die sdicta 6. Iul. ſtilo novo. Ad Molshemum lentè procedit oppugnatio, iam audio, Tribuno Fuxio, ictu ſclopeti manum truncatam, & globo pedem traiectum. Badenſis ad Conventum Hailbronnenſem proficiſcitur, ubi Civitates magnas difficultates proponunt, quas tamen ſuperare ſperat Socer meus. De Præſide nihil accepi, ex quo Hagam venit, De Anhaltino quoque nihil

audimus. VVirtembergicus iunior hic eſt per dies aliquot, Duſſeldorpium petit militaturus, in comitatu habet octoginta. Paullus noſter ait, ſe ipſis comitem Sedanum uſque futurum: itaque dubito an hæ ad te perventuræ ſint, feliciſſima omnia tibi à Deo comprecor fonte omnis boni. Socero meo miſi, quæ ad Lojolitas pertinent. edetur quod colligit ipſe, De Aphoriſmis Anglicis videbitur, credo Socerum meum abs te ſubminiſtratos habere. Denaiſius in unica vectatione levamen valetudinis invenit. Reſalutant te collegæ mei, M. Præf. Canc. & amici, totaque domus mea. Deus faxit, ut brevi nos amplecti detur feliciter. Vale decus noſtrum. Heidelbergâ, 4. Iulii 1610.

CXVII.

DElfinus iam indicat ſe ad te cõtendere, nefas ſine litteris meis ipſum dimittere. In extremis Princeps noſter, & nihil aliud loquitur, quam ſuum finem imminere, & cupere ſe liberari turbis mundanis & Chriſto coniungi. Ratio ipſi conſtat, ſed reſpiratio perquam difficilis, & pectus obrutum defluxionibus. Inſtruuntur omnia in

in omnem caſum. DEVS miſereatur noſtri. Bipontinus celerrimè huc accerſitus. Baſileæ ad Zuingeri iacturam, iam acceſſit luctus novus Grynæi, cuius uxor quum quinque dies decubuiſſet, deceſſit: miſeret me optimi ſenis, qui orbatus in extrema ætate gratiſſimo ſubſidio. Tu vive, vale & precibus tuis nos iuva. Heidelbergæ 5. Sept. 1610.

CXVIII.

Litteras tuas 6. 16. Oct. datas rectè accepi, adiunctas diſtribui, viciſſim has à Veyrazio mittere ſtatim volui, heri veſperi redditas, miſit & mihi Elogia. Heri huc venerunt Bullionia & Tremolia, aiunt Bullionium ipſum ſubſecuturum, ſi Regina permiſerit. Rectè turides me valde applaudente, inane hoc totum, propter quod deſudant mortales. Legati noſtri à Bavaro patienter auditi, & ex ſermonibus præcipuorum videntur opportunè adveniſſe, neque minus belli tædere Bavarum, quam noſtros. Deus pacem reddat, in bello nulla ſalus, præſertim iſtis noſtris ductorib. neque nos ſufficimus ſumptibus. Tibi gratulor reditum ad libros & otium eos tractandi, omnib. votis

tecum ſum, & adiutor eſſe velim. Miſſi ſunt ad Moguntinum, Lauterius & Camerarius, ut obviam eant conatib. Neuburgicis & iſti perſuadeant, ut noſtras partes amplectatur. Socer meus Norimbergæ valetudinis curam gerit, queritur medicamenta hactenus non profeciſſe: moleſtum ipſi quod Brederodius, ipſius in Cottonum ediderit, quib. extrema manus impoſita non fuerat, nam tua monita inſerere voluerat, aliaque addere. Sed intelligo, Anticottonum recudi Sedani auctum. Reſalutant te collegæ mei, imprimis præſes, & tota domus mea, atque Denaiſia cum filio, multum tibi debemus omnes ob conſtantem hunc amorem. Etiam Grunradius te reſalutat peramanter. Vale feliciſſime compater venerande. Heidelbergæ, 10. Octob. 1610.

CXIX.

PErgratum mihi fuit cognoſcere ſermones tuos cum VValdefelſio habitos, eos explicavi Illuſtriſſimo Adminiſtratori, & Senatui, ita tamen ut ἀπόγραφον non dederim, quod nec opus erat. Gratum iis omnibus fuit, uti & ſcriptio tua ad eius Celſitudinem. Rectè tu omnia VValdenfelſio propoſui-

poſuiſti. Ego vereor ut totum Iuliacenſe negotium ruat. Boiſſiſius indignatur graviſſimè, dimitti exercitum ſine conſenſu Regum, neque etiam pacem in Alſatia ipſis inconſultis fieri debuiſſe queritur. Anhaltinus Hagam abiit. Moguntinus noſtro Adminiſtratoris titulum dat & promittit omnem opem & amicitiam. Ad Neuburgici litteras quas in Thuringiam obviam ipſi miſerat, non dignatus eſt reſpondere. Cæſar litteras Adminiſtratoris, & Neupurgici, Conſilio Aulico tradidit conſultandas, & putatur res moram latura. Badenſis huc venit, à reliquis legati. Brandeburgicus Elector peramicè ſcripſit, & egregium affectum in defunctum, viduam & liberos demonſtrat. Vale Domine colende. Heidelberga, 17. Octob. 1610.

CXX.

NVncio tibi Monachii conventum eſſe, ut intra tres ſeptimanas utrimque copiæ dimittantur, omnis hoſtilitas ceſſet, amicitia colatur: ita tamen ut integrum ſit præſidia, ubi neceſſe videbitur collocare. Damna perpeſſa quiſque ferat, aut iudicio repetat, non autem vi. Petebant Bavari, ut

noſtris copiis cum ſuis cōiunctis Leopoldiani profligarentur, quæ res tamen difficilior viſa. Hæc ità peracta 14 huius menſis Poſtridie legati noſtri à Neupurgico evocati, ad ipſum profecturi erant. Enshemenſes ſpondent, non ſe permiſſuros, ut copiæ Leopoldianæ Badenſi in ſua ditione damnum dent. Funus pro dignitate Electoris ſanctæ memori deductum. Palatini Principes frequentes adfuerunt & Badenſis. Cras Gruterus orationem à ſtudioſo recitandam habebit. Heri peroravit Copenius profeſſor Theologiæ in magna frequentia Principum & Magnatum. Vive fœliciſſime, decus noſtrum. Graviſſetus ad nos remiſit filium cum Delphino & Præceptore, ii ſollemnitatem funebrem ſpectarunt. ego quidquid in me erit, ipſorum commoda promovebo. Vale iterum. Heidelbergâ, 19. Octob. 1610.

CXXI.

Dedi ad te litteras per Mauſſacum. Patruelis tuus ſalvus huc venit, Gothofredi opera hoſpitiū nactus, & victum apud Graviſſetulum in ædibus Lucii profeſſoris medici, cum eo huc venit Baronis de la Nove filius cū præceptore Evervino Geldro, egre-

egregio iuvene. Obtuli ipſi omnia mea, & faciam quæ potero. Pacem factam Monachii, nunciavi antea, non ea quidem ex dignitate noſtra, ſed nobis neceſſaria eſt pax. Landgravius Mauricius magnum affectum in nos abundè demonſtrat, ſed in publicis quandoque occaſiones de ipſo querendi præbet. Quod Villarocus tibi nunciarit, gratum eſt, & Bullionio obviam miſſus Car. Paullus Lautream, is mandata habere dicitur Regia, ad alios quoque principes. Neuburgicus nihil non intentatum relinquit, & cum atrocitate verborum etiam minas violentas ſpargit. De Sabaudicis omnia videntur fallacia, & ſcribunt, 5000. Hiſpanorum recens adveniſſe in Italiam. Salutant te collegæ & tota domus mea. Vive valeque fœliciſſime Compater venerande. Heidelbergâ, 24. Octobris, 1610.

CXXII.

FOElix iter confectum tibi gratulor, & toto pectore voveo tibi fœliciſſimumque iam ingredimur annũ. De Anticottono & aphoriſmis gratias habeo maximas. Gratum erit Socero meo, labores ſuos tam grata mente accipi, ei mitto eos. Maximilia-

nus Archidux per legatum gratulatus eſt Electorio Adminiſtratori, & ſolatus viduam. Rudolphus Cæſar Spira citationem promulgavit in qua Noſtrum vocat Tutorem & Adminiſtratorem, quid reſtat, quàm ut Pragenſis non diſſentiat à ſeipſo Spirenſi. Anſpachicus lecta Adſertione iuris noſtri, quam fecit Lœfenius, approbat cauſſam noſtram, paratus Neuburgicum à propoſito dehortari, re cum VVirtembergico & Badenſi communicata, cuius iſtius Cancellarius fatetur iam ſibi de noſtro iure conſtare. Neuburgicus pergit omnia movere, etiam Helvetios obteſtatus, ſuam utique cauſſam probent. Nudiuſtertius redditus nobis Princeps Elector ſalvus & incolumis, egregiis moribus, & proceritate pro ætate. Iter fœlix fuit, & ſine ullo periculo aut incommodo. Lotharingus magnam benevolentiæ ſignificationem præbuit. Deus porro adſit, & ſpiritu ſancto ſuo ipſum regat, & reliquos Proceres. Vale Compater venerande. Heidelbergâ, 31. Decembris 1610.

A diſceſ-

CXXIII.

A diſceſſu tuo ſtatim in aulam adſcendi, ubi vidi extemporalem epiſtolam, quam Princeps Fridericus ad Landgravium filium confecerat, mirificè gaviſus ſum, videre eum in litteris profectum, qui optima quæque ſperare nos iubet: diu poſtea latinos ſermones cum eo miſcui, & ſingularem peritiam & ingenii promptitudinem animadverti. Deus porrò adſit, & ſervet rem Palatinam miris difficultatibus involutam. Hallâ re infecta diſceditur, hodie noſtros reduces exſpectamus. Neuburgici hac lege conveniri poſſe dixerunt, ſi Neuburgicus cum Bipontino rem Palatinam coniunctim adminiſtraret, iura Electoratus ſolus exerceret. Id totum reiectum penitus. Poſtea arbitri hæc noſtris propoſuerunt: anne pecuniola Neuburgico obiici poſſet, ducenta millia florenorum: aut feuda Iuliacenſia, ipſi concederentur, aut mutuum ad Iuliacenſia, à Palatinatu datum remitteretur: aut tandem in ſuis teloniis ſubditi Electorales cogantur vectigalia ſolvere, ſuper quo diu lis fuit. Noſtri hæc reiecerunt omnia. Neuburgici petierunt ut unionis conventui

N 5 proxi-

proximo actio illa continuaretur. Illuſtriſſimus Adminiſtrator legit epiſtolam tuam in Senatu, uti & ea quæ adiunxeras, ſanè memorabilia. Pro Præſide ſolliciti ſumus, Ramæus Pragã invaſiſſe dicitur, & Ratſchinum tenere. Tua conſuetudo per hos dies longè ſuaviſſima, acerbum tui deſiderium animo meo infixit. O ſi daretur, unà vitam degere, diriget Deus hæc & alia noſtro bono, ità confido. Is te ſervet, & valetudinem exploratam tibi concedat. Vale decus noſtrum à me, & tota familia. Heidelbergâ, 8. Februarii 1611.

CXXIV.

Rectè tuas 2. Martii datas accepi, ſpero te & meas viciſſim quas eadem die hinc dederam, in quibus ſignificavi, quæ de Præſide acceperamus, iam ab Ehemio quoque litteras Ambergâ accepimus cum quibus, & miſſæ familiarium Præſidis; Præſes ipſe nihil dedit. Conſilio 9. Febr. audire ipſum Cæſar conſtituerat, quo die Ehemius eius ſuaſu cum Landgravii Leuchtembergii uxore, Praga diſceſſit navi. Leopoldus ad Henkelium quoque divertit, hoſpitem Præſidis, & menſæ ferè adhibuit, omnia amica polli-

pollicitus, etiam ſi abire vellet litteras & tubicinem, ſed itinera intuta tam à milite, quàm ruſticanis. Præſagit mihi animus, fore ut expugneris tandem ſtudio iuvandæ Patriæ, & adhiberi ad eam te ſinas rurſus, quantum vires & ætas tua ferent: quidni enim æquo animo reddere te publicis negotiis poſſis? aut quis à te requirat eos labores, quos florenti ætate ſuſtinuiſti: amanuenſis aliquis induſtrius multum te ſublevarit, itemque nos amici, ſi nobis te ſiſtas: nam quod de memoria quereris, quamvis tibi non ſatisfaciat ea, omnibus tamen admirationi eſt, & vigor iudiciumque ineſt tibi. Stantem mori Imperatorem decet, & tu totam vitam Patriæ devoviſti, cur non & ultimum actum? Anhaltinus 21. Febr. Ioſsà ſcribit, Saxonem à Pragenſibus conſiliis deterritum, meliora ſequi. & iam de cognitione, cautione, & inſtituenda poſſeſſionis ratione agi. Miſiſſe Principes iſtos ad Matthiam, ut eum erigant, & ad recta impellant: optimam ſpem omnino facit. Colonellus de La Nove Genevam venit, comitatus 10. equitibus, Bernates 600. muſquetarios ſubmiſerunt, Helvetii inſtructas habent copias. Sunt, qui dubitent, ſincerè protectionem ſuſcipi à . . Te Deus ſervet columen noſtrum. *Heidelbergâ*, 6. Martii 1611.

CXXV.

REctè tuæ mihi redditæ 9. ſcriptæ: Graviſſetum monui te ſignificaſſe. fore ut intra triduum Francofurtum proficiſceeris, ne deflecteret Hanoviam, is iam ſe abiturum dixit: has ego Brederodio committo. Stat ergo tibi ſententia non miſceri porro publicis? Fiat cum Deo, nec ſanè quidquam eſt, quod virum bonum eò vocet, quam cura pro patria, quam aliter tractant homines cupidi, ne quid gravius dicam. Caſaubono gratulor ſedem quietam, & voveo, ut bene ipſi, bene rei litterariæ eveniat. Per hoc biduum Princeps Elector Fridericus profeſſionem fidei ſuæ fecit, ad ſacram ſynaxin aditurus hoc Paſchate: reſpondit de omnibus capitibus fidei Chriſtianæ, & maximè de controverſis exactè cum admiratione omnium, qui adfueramus, in quibus etiam fuit Brederodius, ex quo pleniùs cognoſces, Deo laus ſit, & gloria, qui pectus iſtud perfudit tanta luce divinæ ſapientiæ. Magnus Præfectus quoque Francofurtum abit, ob privata ſua maximi momenti negotia: ità collegium noſtrum ad paucos redactum. Suinfurti nihil alicuius momenti ſtatuetur.

Civ.

Civitates, querelas de Principum prava militia fundunt. Neupurgici directorium magnis conatibus affectarunt, fruſtrati tandem diſceſſerunt. Neupurgici delegati, Iutterbokæ præeminentiam adverſus Saxonem & Brandeburgicum affectant ratione Adminiſtratorii tituli, ea ratione offenſionem ferunt, & cauſſæ ſuæ nocent. De Præſide ſolliciti ſumus. Roſembergius Princeps acceptis noſtris litteris ſtatim eum Herberſtenio Mareſchallo Matthiæ commendavit, & Præſidem monuit, ut ad ſe veniret, inde tuto ad nos iter facturum. Vtinam recipiamus eum incolumem. Anhaltinus litteris 28. Febr. datis bonam ſpem fecit de Saxone. Danus conſiliarios miſit Iutterbokam, qui Brandeburgico in hoc negotio adeſſent nil metuens offenſam affinis. Sed ego te obtundo aliis iam intentũ & variè diſtractum. Valetudinem, quæſo, cura diligenter, & accedet ſpero fulcrum ex convictu optimi Graviſſeti. Gratias tibi habemus maximas ego, puerpera, tota domus de tam piis votis & benevolentia. Vota regerimus, & obſequia deferimus. Deus te ſervet incolumem. Tu vale & lætus dege, magnum decus noſtrum. Heidelbergâ, 13. Mart. 1611.

-•§ (o) §•-

CXXVI.

ET ego tecum laudes grateſque pando Deo Patri luminum, qui eripuerit è ſpelunca latronum Præſidem ſummum illum virum & amicum. Idem det, ut feliciter ad nos redire & diu ipſo frui poſſimus. Sed tu porrò pergis, non tantùm beneficus in nos eſſe, ſed magnificus: doleo ſumptus te feciſſe, uxor tibi habet gratias maximas, & agnoſcit muneris grande pretium: feciſti iam dudum, ut ingrati notam effugere nequeamus. Ago & ego gratiam de donis litterariis. Tua benignitate facis ut quidquid bonum & eximium eſt in re litteraria, ego primus & ſolus habeam. Savilius ad me ſcripſit Londino his verbis:

Iac. Bongarſium, ut tu rectè bono litterarum natum, rogabis meo nomine, ut Volumen epiſtolarum tradi curet Nortonianis Bibliopolis, in nundinis Francofurtenſibus, fide optima reſtituendum poſt ſex menſes: nundinis ſcilicet proximè ſequentibus: habet enim ipſius codex aliquanto plures, quàm noſter, & in iis quas habemus epiſtolis, quadam ſuperſunt emaculanda.

Verba ipſius ponere malui; iam ſcio te non rogan-

rogandum, qui monitus tua voluntate ruis ad gratificandum omnibus, qui bonas litteras iuvant. Rectè tu de rebus Bohemicis, utrimque nihil prudentiæ apparet, & in iſtorum prædonum cœptis & conſiliis nil niſi levitas. De . . . . conſtat hominem infeſtiſſimum bonis, & Hiſpanicæ factioni mancipatum quique turpiter ſe dat, quoties publica tangit. De Principe noſtro, negotiis adhibendo, rectè tu omnino; & ego apud Sereniſſimam Electricem iam dudum id urgeo, illa nuper in colloquio mihi indicavit, fratrem ſuum Mauricium ſuper eo conſultum, ſua manu conſcripta copioſa epiſtola, diligenter id ſuadere. Evincet confido tantus auctor, præſertim quum quæ contra adferuntur, futilia ſint. Deus nobis adſit, & det ut Princeps factis exprimat, quibus mens ipſius tam probe imbuta. Colbius ait ſe tuas litteras Principi legiſſe, qui gratiſſimas habuerit. Vive, vale beatiſſime, benefactor noſter. Heidelbergâ, 21. Mart. 1611.

CXXVII.

Rectè mihi Denaiſius reddidit tuas, cum libellis ſanè gratiſſimis. Gratias tibi maximas habeo, heu mihi, quod refer-

referre non poſſum. Narratio à Leſierio nobis communicata, planè memorabilis, & quæ .. . . . . , eiusque iuvenilia conſilia pandat; quanta levitas ubique, & tamen iſti terrori ſunt omnibus. Ab Ordinibus Bohemicis miſſus advenit huc Handelius cum litteris. Is ait: Bohemos inſtructos eſſe 6. millibus peditum, duobus millibus equitum, totidem ab Hungaro ſubmiſſos, Regem Matthiam tum in limite fuiſſe Iglæ, miſſam ad eum ab ordinibus formulam, quam ſi obſignaret, ac ſponderet, hac ſua expeditione nihil facturum contra privilegia Bohemica, fore ut Pragam deduceretur. Rameum Budevveiſſæ munitiones agere, & in duos menſes commeatum intuliſſe: obſidionem paraſſe copias ordinum, & Hungaricas, & iam obſidione cinctum Rameum, ſe exiſtimare; cladem aliquam Bohemos accepiſſe, ſed non pro fama magnam, ...
. . . .
. . . . exiſtimare ſe potiri iam omnium Matthiam, & omnibus viribus incubiturum, ut prædonibus liberetur Patria. Bohemici ordines ſcribunt Illuſtriſſimo Adminiſtratori, ... ad ſe miſiſſe Cubicularium ſuum intimum Comitem de Mirabaldo, qui indicarit, pravorum virorum conſiliis ſe deceptum, petere veniam & tu-
tum

tum tranſitum, ut proficiſci poſſit ad Matthiam Regem apud quem deprecaturus ſit culpam. Quid autem reſponderint Mirabaldio non addunt. Quis hæc credat? Levitati huic quid addi poſſit? Et niſi iſti categoricè hoc ſcriberent, fabulam putarem. A Genevenſibus Argentoratum miſſus Sarazenus, huc venturus quoque. Sabaudus apertè Pontificiis Helvetiis indicavit Genevam ſe obſeſſurum. Deus frangere pergat conſilia impiorum. De nuptiis Sabaudicis mirum, quod VVottonus quoque eas promoveat, vix ſine Regis iuſſu id fecit, ubi aſſertio illa in Baſilico ſuo? ſed Reges alia via graſſantur. Coràm malim de iſtis omnibus. Ego tales affinitates, noſtro non expetendas puto, & mediocria noſtris rebus aptiora. DOMINVS providebit. Vale amicorum ſpectatiſſime. Heidelbergâ, 25. Mart, 1611.

CXXVIII.

Litteras tuas 9. Apr. datas rectè accepi: gaudeo opus tuum non retardari per typographos, Aubriani debebant hoc tibi ob merita tua in Patrem. Graviſſetus per biduum nobis adfuit, filium cum Delphino,

phino & præceptore abduxit ob cauſſas, quas iuſtas exiſtimavi. Deus faxit, ut bene eveniat hæc migratio, & plurimum proficere poſſint. De Præſidis adventu monueram te, ſalvus ad nos & incolumis rediit, ac narrat, ſibi omnia ſecunda fuiſſe, præterquam in terrore illo occupatæ urbis: magno ſe in honore fuiſſe apud Cæſarē, Regem, optimates, utriusque partis: ſpectatorem ſe fuiſſe fabulæ, eo loco ubi omnia percipere quàm rectiſſimè potuerit: ſed hæc non ſunt epiſtolæ, ſermonis potius: Quorſum evadant motus iſti incertum eſt; Nuncius & Hiſp. Orator laborant, ut fratres reconcilientur, & . . . quoque excuſatus habeatur. Cæſar ſuper inveſtitura concedenda, rem diſtulit, donec Electores ſuper controverſia Adminiſtrationis ſententiam ſuam explicent. Cæterùm memorandi nihil. Vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 3. Aprilis 1611.

CXXIX.

TErtia huius ad te ſcripſi, pòſt Durlaco ad me pervenerunt hæ à Veyrazio ad te, cum magno faſce pro Saraceno, qui hinc diſcedens me rogaverat, ad te omnia mitterem, quæ ipſi inſcripta ad me perve-

perveniant. Tribuendum hoc amicis, quamvis invitus te iſtis onerem. Francofurto is ad me ſcripſit, ſe rectà petere Principes illos, quos vereor ut una reperturus ſit, quum Præſes noſter referat Anſpachicum prope Norimbergã pernoctaſſe in vicino loco, ubi ipſe diverterat. Hungaricũ legatum Baronem Starrembergium in horas exſpectamus, qui tertio hujus fuerat Stutgardiæ, exiſtimamus Badenſem ipſum in itinere conveniſſe. Leopoldus dicitur prope Ratisbonam, in cœnobio quodam conveniſſe Bavariæ Duces. Quid relliquiis Paſſavienſibus fiat, ignoramus, uti nec quid fiat iſtis, qui in cuſtodiam à Bohemis deducti. Comes Emdanus Ordinibus cognitionem & exſecutionem ſuæ controverſiæ cum urbe Emda penitus tradidit, & in eum finem arcem ſuam Aurikam Ordinibus tenendam præſidio ſuo dedit, ut re deciſa, facilior ipſis eſſet exſecutio. Duo egregia dicta Saxonis mihi retulit Præſes, quorum unum accepit ex ipſo Comite Friderico Hohenloio, qui cum apud Saxonem Neuburgici cauſam urgeret ac quereretur Bipontinũ propria auctoritate poſſeſſionem Palatinatus arripuiſſe, reſpondit, non iniquum id ipſi videri, quum rectè factum iactarit, Iuliacenſia pari audacia arripuiſſe: ad quod nihil reperit, quod reſpõderet Comes.

Alte-

Alterum eſt, ... Acumen certè de quo dubitare non licet, iſto . . . Implendæ chartæ hæc ſunto, cùm memorandi nihil nunciare habeam. Te Deus ſervet incolumem & florentem. Vive valeque beatiſſime. Heidelbergâ, 6. Apr. 1611.

CXXX.

SAlvus ad nos rediit Brederodius, & tuas rectè reddidit, poſtea etiam per ordinarium allatæ tuæ 21. datæ. Quàm vellem te nobis adeſſe poſſe, nullus enim mihi in vita dulcior fructus, quàm conſuetudo cum ſinceris & fidis amicis. Præſes iam abeſt, in Præfecturæ ſuæ negotiis, indignante Illuſtriſſimo Adminiſtratore, quod necdum frui eius colloquio nequit. Rectè tu differis, de publicis, nec excuſari poteſt ſocordia Electorum, præcipuè Moguntini, qui ludos iſtos Pragenſes ſpectant tantùm. Anhaltinus brevi nobis aderit, tum licebit illa aggredi, quæ dudum curanda fuerant, aderit ut confido, & ſocer meus qui queritur in litteris ſuis labilem memoriam, commune ſenũ malum. Caſaubono quum proximè ſcriberem, gratulatus ſum illi ſedem ſtabilem & quietam, & vehementer hortatus ſum, ut omnes ingenii

genii vires ad gloriam Dei propagandam, & Antichriſtum convincendum intenderet. Sunt apud nos qui vehementer flagitant, ut de libertate Eccleſiaſtica cœptum opus abſolvat. Profectò tecum ſentio, aſtutè removeri Thuanum à melioribus curis, dum ei demandata cura rei nummariæ, ſpero fore, ut ſe inde extricet brevi. Non deſinam, ipſum hortari, & quia in ære eius ſum gravi, ob opera ſua pretioſa mihi donata, valde velim occaſionem mihi præberi, bene de ipſo merendi. De Bohemicis nos nihil certi: vulgò iactant, magos quosdam in cuſtodiam datos, in quibus Capellanus . . . ; qui canem . . . nomine baptizarit, & duos dæmones vitris incluſos habuerit. Quàm hæc ſunt abominanda, & ultricibus flammis vindicanda! Starrembergius hodie hinc diſceſſurus eſt, ei promittitur auxilium, ſi reliqui fœderati conſentiant & offeruntur equites, qui in Superiori Palatinatu aluntur. Metuo, ut Saracenus Principes unà offenderit. Intelligo Ordines pronos eſſe ad iuvandos Genevenſes pecunia, itàque velim ipſum maturare ſuum in Hollandiam iter. Reſalutant te, collegæ mei & amici, imprimis domus mea. Vive valeque fœliciſſime, decus noſtrum. Heidelbergâ, 17. Apr. 1611.

Nudius

CXXXI.

NVdius tertius ad te litteras dedi, & miſi Veirazianas, iam alteræ eius mihi redditæ poſtridie priorum datæ, quibus adiunxit iſta Genevenſia tibi tranſmittenda, unde apparet, necdum propoſitum mutaſſe Sabaudum; aliunde etiam nunciatum Barauldo legato Francico reſpondiſſe Sabaudum, paratum ſe dimittere exercitum, ſed ea lege, ut eodem tempore Helvetii quoque ſuum dimittant, deinde ut Rex amicè impetret à Bernatibus, ut de iis quæ ſibi erepta tenent, ſecum tranſigant. Interea magni ſumptus fiunt, & in limite Gallico, alendis præſidiis. Socer meus miſit mihi, quæ de Anhaltino ipſi nunciata Harzgeroda; de Saxone iam prędicant ſecunda omnia, tantùm poteſt amor & odium in iudicio immutando, itàque ſub Pentecoſten Ambergæ futurus putatur, inde huc venturus, in id differuntur curæ publicæ. Pragæ maximas nugas agunt, Ordines cum Cæſare litigant de quisquiliis, interea exercitum inutilem alunt, & hoſti tempus & occaſionem ſibi cavendi præbent. Miror ego ſilentium Moguntini de toto hoc negotio, & inducor ut

exiſti-

exiſtimem, Pontificios alium aliquem Matthiæ præferre conſtituiſſe: ego nihil firmi video, neque quid in iſta animorum & ſtudiorum diſtractione, in commune conſuli poſſit, reperio. Vive valeque fœliciſſimè. Heidelbergâ, 19. Apr. 1611.

CXXXII.

Rectè tuæ 20. Apr. mihi redditæ ſunt, miſſæ quæ aliis inſcriptæ erant, quo decebat; mihi verò ut grave ſit, ad te litteras mittere, aut pro te, quidquid id ſit curare, crede mihi nihil optatius mihi contingere poteſt. Nos Pragâ nihil memorandi aut recens habemus. Dilabitur Paſſavienſis miles, præſertim ſi qui prædam copioſiorem obtinuerunt, & ſingillatim per noſtras ſuperiores ditiones elabuntur. O virtus, quonam receſſiſti, veremur iſtos caſtigare, aut ſaltem iniuſtè extorta adimere. Dum ordines Bohemici cum Cæſare de minutis quibusdam cavillantur, prædæ cedit Regnum, & miles ob non ſoluta ſtipendia, minatur exemplo Paſſavienſium, ſibi cavere de ſtipendiis velle, occupatis oppidis quibusdam. Pleſſenius noſter Duſſeldorpium redit intra paucos dies. Gothofredus generum

rum reperit Hallerum, illius Cæſarum quondam ſecretarii & Palatini conſiliarii filium, ante generum Reuberi: gratulor utrique, & voveo ut fœlix ſit coniugium. Caſaubonus rectiſſimè fecerit, ſi ut ſuades, in Baronium, omnem vim ingenii & doctrinæ convertat; ſcribo Liſierio, de quo nihil adhuc accepi. Deus te ſervet incolumem, decus noſtrum. Heidelbergâ, 24. Apr. 1611.

CXXXIII.

Litteras tuas 8. Maii datas rectè accepi, & adiunctas epiſtolas diſtribui, iam ſimul binas à Veyrazio accipies, Pleſſenius noſter abiit heri, recepturus legationem Duſſeldorpianam quam per biennium ferè geſſerat. Præſes narrat nobis ſe cum Cleſelio multum locutum eſſe, qui ſuam familiaritatem valde expetierit, dixit ſe olim, pro Theologo ſenſiſſe, non ferendam aliam præter Catholicam religionem, iam ſe aliter ſentire, & iudicare, ſervanda eſſe reformatis ſua iura, idque ſe Regi ſuo ſuaſiſſe, qui & firmum id propoſitum habeat; petiitque à Præſide, ut iſtud, & ſuo, aliisque Principibus referat, ſcire ſe quo in odio apud multos verſetur, ſed nullo ſuo merito. Quæſivit dein-

deinde quantum Heidelberga diſtaret à Rheno; quumque Præſes reſpondiſſet, ſpatio trium aut quatuor horarum itineris; Ille, hoc nempe erat, Rhenus quidquid præſtantium eſt virorum, eò tamquam per alluvionem ducit. Hominem eſſe ait procerum, fuſco colore, mediæ ætatis. Sed profectò nugas maximas agit . . . . . . , qui occaſione non vtitur, & cum fratre tricatur, quem iam ſervatum cupiunt Sileſii, averſati Matthiam. Saxo & Moguntinus quoq; Cæſarem fulciunt, ac Brunſuicenſis nihil movetur Bohemorum precibus & minis, ſed Cæſarem quà poteſt, ſublevat. De Caſaubono gaudeo, quòd proſpere agat, & perſeverat in propoſito ſerviendi Deo. Heri convivio nos accepit Gothofredus ob novos nuptos, celebritatem nuptiarum inſtituit in 20. huius menſis. Tu crebro in votis fuiſti, & ſperamus pro amore tuo in optimum ſenem, te huc venturum, quamvis comeſſationes averſeris. Reſalutant te amantiſſimè Præſes, Freherus, tota domus mea. Vale fœliciſſime decus noſtrum. Heidelbergâ, 4. Maii 1611.

CXXXIV.

Rectè tu & ſapienter diſſeris, de urgendis publicis negotiis: ſed differre neceſſe fuit Rotemb. conventum hoc tempore, neque dum à Brandeburgico reſponſum habemus. Anhaltinus nondum venit, Anſpachii retentus per Cæſaris legatum, Baronem Gunterodium, ipſe hic expoſiturus quid Cæſar petat, hodie venturus huc eſt. Adminiſtrator Illuſtriſſimus ſe inſtruit ad iter Mülhuſinum, præmittitur Camerarius. Moguntinus 2. Iul. iter ingredi conſtituit. Saxo ſexcentos equos adducturus nunciatur. Ego vellem Noſtrum hoc iter omittere, nam incommoditates multas prævideo, fructum vix ſpero, ſatis foret monere illos per legatum, inania fore omnia quæ ſtatuant, abſente de collegis aliquo: ſed de his quum Anhaltinus venerit, ſtatuetur: ego adhuc confido, elabi hinc poſſe Argentoratum. Saxo benignè habuit Præſidem, ſupra ſe in convivio locavit, amice quoque reſpondit Adminiſtratori, nihil magis ſibi in votis eſſe, quam ut ſtatim ad petitionem ipſius reſpondere liceret, ſed rem in Mülhuſinum conventum dilatam, polliceri interim amica

amica omnia. Pro ſalute Principum noſtrorum bibitum. Præſes 2. Iun. Pragam abiit Dresdâ. Freherus ad Epiſcopum Spirenſem miſſus, ius noſtrum ipſi expoſiturus. quando à Cæſare ad Conventum illum delegatur. Moguntinus noſter eſt, alienus à Neuburgico. VVolfvvilhelmus Berlinum profectus eſt, agmine centum equitum, in quibus Comites quoque. Sexaginta millia florenorum mutua extricavit. Te Deus ſervet incolumem. Vivite fœlices. Heidelbergâ, 24. Iunii 1611.

CXXXV.

RECtè reddidit tuas 7. Iulii datas Caſtilionæus noſter, cuius conſuetudine iucundiſſima per triduum frui datum. De Leopoldo ſecuros nos eſſe iubet Præſes à Collibus, litteris Pragà 7. Iulii datis, ſe enim ex Mirabaldo Leopoldi Camerario maiore cognoviſſe, Leopoldum poſtquam omnes res ipſum deficiant, etiam ſpes Gallicæ, conſtituiſſe in Hiſpaniam abire, & illic 60. millibus annuis frui, donec per biennium Epiſcopatus ſui ſeſe recolligant. Brandeburgicus illic Orator hactenus deceſſit Præſidi in omnibus conventibus, id Neuburgicus

. . . cùm vidiſſet, is quoque proferre ſe in convivio conatus Brandeburgico, quod antea tentaverat nunquam, ſed conatu excidit, cum riſu aliorum: ità iſti homines conſectantur minuta iſta ubiq;. Neuburgicus ipſe ſpiritus retinet, & omnia querelis replet, vix putatur Rotemburgum venturus, quum conſenſum cæterorum videat in Noſtro agnoſcendo, omnes unitos obteſtatur, ut à conventu iſto abſtineant, ſed ipſi tamen venturi ſunt: Culmbachicus ſuos mittet, ipſe non ſe ſiſtet. Elector deliberationibus iam intereſſe ſolet, ὅπερ ἔδει ποιῆσαι, quod fœlix fauſtumque ſit: quæ in Anhaltini adventũ dilata, iam maximam partem conſtituta. Caſaubonus uti Leſierius ſcribit 15. Iunii, febri tertiana liberatus, in magno honore habetur ab Epiſcopis, qui eius opera utuntur ad controverſias Eccleſiaſticas. Genevenſium deſideria proponentur in conventu illo, & noſtri curæ habebunt. Gothofredi opus abſolvetur intra paucos dies, quod mirificè probatur Socero meo. Vxor mea totaque domus te ſalutat: etiam Miegius, Bakoviusque, qui & Graviſſeto mecum gratias agit de hoſpitalitate eximia. Vivite felices. Deus tibi ſalubres faciat thermas & te nobis reddat valentem. Heidelbergâ, 14. Iul. 1611.

Litte-

CXXXVI.

Litteras tuas 24. & 25. Iul. datas eodem die accepi. Gallicos illos nobiles quos mihi commendaſti, deducendos in Aulam iuſſit Illuſtriſſimus Adminiſtrator, atque ibi prandio accepit. Salutarunt Principes noſtros & Anhaltinos, videruntque ſeriem Principalium mulierum & puellarum, oſtenſa illis quæ memoranda & bibliotheca; unus ex illis ſapientior ceteris videri voluit, & Papæ auctoritatem propugnare conatus in Aula à prandio, acceptus eſt pro merito, & riſum debuit noſtris, absque acerbitate tamen, & ea moderatione, qua in hoſpites utendum eſt. Ceterùm oſtenderunt grata noſtra ipſis fuiſſe officia. Hodie Principes, Adminiſtrator, & Anhaltinus diſceſſerunt, etiam ſocer meus, qui præter ſolitum firma eſt valetudine. Ego perſuaſi noſtris, neceſſe non eſſe ut ego agmen augeam. De nuptiis Illuſtriſſimi Adminiſtratoris cum prima filia Electorali Loyſa, iam non obſcuri amplius ſermones. Deus bene vertat: poſt luctus tempus de ſollemnibus conſtituetur. Brederodius ſalvus & alacris rediit, ei tuæ

traditæ: narrat is in Saxonia vulgo iactari . . . . Mareſchallum, illum apud quem ultimum epulatus defunctus, in cuſtodiam dedit, repoſcens ingentem vim argenti, quam interceperit, eadem minari ipſum ceteris hirudinibus aulicis. Heſſum Mauricium non venturum Rotemburgum: ſuadere ut Electori noſtro venia ætatis impetretur. Gothofredi liber necdum abſolutus: Socero meo perplacet, quod ſcribacibus iſtis Neuburgenſibus, materia præbetur. Quum Præſes Saxonem convenerit, ſciemus quid de illo ſperandum ſit. Servet te DOMINVS, & reddat nobis incolumem. Heidelbergâ, 19. Iul. 1611.

CXXXVII.

QVas 21. Iul. ad me dediſti, eas rectè hic accepi, nam ut ante ſignificavi, Rotemburgenſi itinere ſublevatus fui. Super tuo reditu ad nos exulto, & ſpero fore, ut te aliquamdiu frui poſſimus. Deus te ſalvum nobis reddat. De Dano planè alia nobis Coloniâ nunciantur, victorem Colmariam occupaſſe & Elſeburgum obſidere: contrà Landgravius Brederodio aſſe-

aſſeveraverat, Danum 18. millia perdidiſſe: neſcio an unquam tantum exercitum habuerit. Memorabile illud de fraude Hiſpanorum in æternis odiis ſerendis inter Sabaudos & Gallos; ſed illud magnæ commotionis ſignum, quod accepto nuncio de deſponſata Tertia Sabaudica, Duci Nemourſio, Condeſtabilis Caſtiliæ, pileum ſolo illiſit, hoc enim volunt Hiſpanica illa. Rotemburgum non venit, neque ſuos miſit Neuburgicus, tantum ibi Secretarius VVidman viſus, qui fortè proteſtabitur: neceſſe eſt, omnes ſpes ipſum deficere, quando illic nihil tentat. Principes ipſi venerunt & Marchiones duo, multos ductores & Centuriones ſecum adduxerunt. Præſes 14. Iul. ſcribit, ſibi ſpem factam reſponſi à Cæſare, quod exiſtimant fore, ut durante controverſia, Noſter habeatur pro Adminiſtratore ſalvo iure tertii. Quæ antea ad te perſcripſi, ſpero eum Dresdâ ad nos reverſurum. Deus te ſalvum & incolumem nobis reddat. Has ad Graviſſetum commendavit mihi Colbius, qui te officioſiſſimè ſalutat, non deerit tibi commoditas mittendi, volunt enim has antevertere ipſius adventum. Vive valeque beatiſſimè 25. Iul. Iacobo ſacro die 1611. Heidelbergâ.

CXXXVIII.

SCripſi ad te Nobiliſſime Domine per Barrerium, quem Ampliſſimus Ancelius mihi commendaverat, iam te ipſum potius expecto, utinam ſalvum & incolumem. Tabellarium hunc, quem Ioh. Carolus Bozemius, cum litteris Regijs, quas te impetraſſe prædicat, aliisque ad me miſit, iuſſi Badenam deflectere honorario etiam præbito, ut per ipſum litteræ Colbii ad Graviſſetum, ſi alia occaſio nondum obvenit, Argentoratum mitti poſſint. Præſes decretum à Cæſare impetravit 20. Iul. quod mitto, ut & Veyrazio quoque exemplum miſi. Hic tibi copia fiet, quantùm lubebit. Ipſe Præſes Dresdam petiturus erat 25. Iulii, ac indè huc rediturus. Inter fratres convenit, reſtant minutiæ; 300. millia annua Cæſari præbentur, & tres dynaſtiæ. Rex in Sileſiam abit. Rotemburgi propoſitio ſollemnis fuit ſine contradictione 23. Iul. Principes Adminiſtratorem domo deduxerunt in Curiam ſollemniter. A Neuburgico Secretarius VVideman litteras habebat ad unitos, quas reſignare Anſpachicus detrectavit abſente Electore Brandeburgico & VVir-

tem-

tembergico, quibus inſcriptæ quoque fuerant, poſtridie venturus iſte erat, diſtrictus venationibus. Elector Saxo litteras ad Cæſarem dedit ſtudii plenas, monet ne calumniatoribus ſuis aures præbeat, eandem in Cæſaris voluntatem ſuam eſſe, quam fratris defuncti fuerit. Videbimus, quid Præſes ſit relaturus. Rotemburgi decretum, ut unio conſervetur & augeatur, in rationibus probandis difficultates ſe ingerunt, & in Civitatum gravaminibus. De clade Dano illata, confirmatur rumor recentioribus nunciis, ſed de ipſo Rege nihil certi adhuc, ſed de iſtis omnibus coràm. Vale feliciſſimè magnum decus noſtrum. Heidelbergâ, 29. Iul. 1611.

EPISTOLÆ ELECTORUM ET PRINCIPUM &c. GERMANIÆ, Ad JACOBUM BONGARSIUM.

MOnſieur de Bongars, i'ay ſçeu par le rapport de mes Ambaſſadeurs, & de Dathenes mon Secretaire, les bons offices que me continuez faire par de la, ie vous en ay de l'obligation, & fay ce mot pour vous en remercier de toute affection, & pour vous prier de continuer, & comme vous ſçauez plus que nul autre, l'equité & iuſtice de mes demandes, & la ſincere affection que de tout temps ie porte à ce qui eſt du bien des affaires du Roy voſtre Maiſtre, le vouloir auſſi remonſtrer, & en ce me faire ſentir les effects de l'opinion que i'ay conçeue de voſtre integrité. Vous aſſeurant qu'en

qu'en toutes occaſions ie ſeray porté & preſt à m'en reuencher. Ie ſuis

Monſieur de Bongars

De Heidelberg ce 10.
Nouembre 1603.

Voſtre affectioné
Frederic Electeur Palatin

MOnſieur de Bongars, Mon ſecretaire Dathenes ma rapporté que luy auez teſmoigné beaucoup des aſſiſtances en la pourſuite qu'il a faicte des debtes qui me ſont deubz par le Roy & Couronne de France. Ie vous en remercie bien affectueuſement, comme auſſi de l'hiſtoire du Sr. Preſident de Thou, qu'il a eue par voſtre moyen, laquelle pour le merité dudict Sr. i'ay commandé eſtre miſe en ma Bibliotheque; Vous me ferez plaiſir de continuer voſtre affection en ce qui ſera de mes affaires, & ie le recognoiſtray aux occaſions qui ſe preſenteront. Sur ce vous priant de croire que ie ſuis.

Monſieur de Bongars.

De Heidelberg ce 8.
de Maii 1604.

Voſtre affectioné amy
Frideric Electeur Palatin.

MOnſieur de Bongars. Iay veu par vos deux lettres, & celles qu'il a pleu à la Royne de m'eſcrire, la peine qua'uez prinſe d'aſſeurer leurs M.tes de mon tres humble ſeruice. Et ay ſceu d'abondant que le Roy auroit eu pour aggreable mon hardieſſe. Ie me ſeruiray donc de l'occaſion pour vous en remercier d'une bonne volonté: & pour vous prier, que comme i'ay vne fiance particuliere en la voſtre, à cauſe de la conſtante affection que me faictes paroiſtre, ainſi vous me la continuiez és occaſions qui requerront aſſiſtance en mon affaire. Vous aſſeurant que ie n'en perdray point la ſouuenance, ains recercheray les moyens pour teſmoigner l'eſtat que ie fay de vos offices, & que ie m'en reſſentiray de bien bon coeur: duquel me recommandant à voſtre bonne grace, ie prie Dieu, Monſieur de Bongars, qu'il vous continue & augmente les ſiennes ſainctes. De Heidelberg, ce 19. Auril, 1603.

Voſtre tres affectionée amye

Louiſe Iullienne Electrice Palatine.

Monſieur

MOnſieur de Bongars, les ſouuenances que me teſmoignez par tant de demonſtrations, m'aſſeurent de plus en plus de voſtre bonne volonté. Qui me faict auſſi vous continuer ma priere bien affectionée de ſeconder mes lettres au Roy, & à ſon conſeil, de vos prudentes recommendations, & aſſiſtances au Sr. Dathenes en ce que iugerez pour le mieux. En quoy eſtant bien certaine de voſtre affection, i'obmettray toute autre inſtance, & vous aſſureray que ie deſire vous faire cognoiſtre par effect l'eſtat que ie fay de vos merites & bons offices, & m'en reuancher d'auſſi bonne volonté que ie vous remercie du bon liure que m'auez enuoyé, & que ie me recommande à voſtre bonne grace tres affectueuſement. Priant Dieu Monſieur de Bongars vous conſeruer heureuſement ſous ſa ſaincte & digne garde. De Heidelberg, ce 10. Nouembre 1603.

Voſtre tres-affectionée amye

Louiſe Iullienne Electrice Palatine.

. . . cùm vidiſſet, is quoque proferre ſe in convivio conatus Brandeburgico, quod antea tentaverat nunquam, ſed conatu excidit, cum riſu aliorum: ità iſti homines conſectantur minuta iſta ubiq;. Neuburgicus ipſe ſpiritus retinet, & omnia querelis replet, vix putatur Rotemburgum venturus, quum conſenſum cæterorum videat in Noſtro agnoſcendo, omnes unitos obteſtatur, ut à conventu iſto abſtineant, ſed ipſi tamen venturi ſunt: Culmbachicus ſuos mittet, ipſe non ſe ſiſtet. Elector deliberationibus iam intereſſe ſolet, ὅπερ ἔδει ποιῆσαι, quod fœlix fauſtúmque ſit: quæ in Anhaltini adventū dilata, iam maximam partem conſtituta. Caſaubonus uti Leſierius ſcribit 15. Iunii, febri tertiana liberatus, in magno honore habetur ab Epiſcopis, qui eius opera utuntur ad controverſias Eccleſiaſticas. Genevenſium deſideria proponentur in conventu illo, & noſtri curæ habebunt. Gothofredi opus abſolvetur intra paucos dies, quod mirificè probatur Socero meo. Vxor mea totaque domus te ſalutat: etiam Miegius, Bakoviusque, qui & Graviſſeto mecum gratias agit de hoſpitalitate eximia. Vivite felices. Deus tibi ſalubres faciat thermas & te nobis reddat valentem. Heidelbergâ, 14. Iul. 1611.

Litte-

CXXXVI.

Litteras tuas 24. & 25. Iul. datas eodem die accepi. Gallicos illos nobiles quos mihi commendaſti, deducendos in Aulam iuſſit Illuſtriſſimus Adminiſtrator, atque ibi prandio accepit. Salutarunt Principes noſtros & Anhaltinos, videruntque ſeriem Principalium mulierum & puellarum, oſtenſa illis quæ memoranda & bibliotheca; unus ex illis ſapientior ceteris videri voluit, & Papæ auctoritatem propugnare conatus in Aula à prandio, acceptus eſt pro merito, & riſum debuit noſtris, absque acerbitate tamen, & ea moderatione, qua in hoſpites utendum eſt. Ceterùm oſtenderunt grata noſtra ipſis fuiſſe officia. Hodie Principes, Adminiſtrator, & Anhaltinus diſceſſerunt, etiam ſocer meus, qui præter ſolitum firma eſt valetudine. Ego perſuaſi noſtris, neceſſe non eſſe ut ego agmen augeam. De nuptiis Illuſtriſſimi Adminiſtratoris cum prima filia Electorali Loyſa, iam non obſcuri amplius ſermones. Deus bene vertat: poſt luctus tempus de ſollemnibus conſtituetur. Brederodius ſalvus & alacris rediit, ei tuæ

traditæ : narrat is in Saxonia vulgo iactari . . . . Mareſchallum, illum apud quem ultimum epulatus defunctus, in cuſtodiam dedit, repoſcens ingentem vim argenti, quam interceperit, eadem minari ipſum ceteris hirudinibus aulicis. Heſſum Mauricium non venturum Rotemburgum : ſuadere ut Electori noſtro venia ætatis impetretur. Gothofredi liber necdum abſolutus: Socero meo perplacet, quod ſcribacibus iſtis Neuburgenſibus, materia præbetur. Quum Præſes Saxonem convenerit, ſciemus quid de illo ſperandum ſit. Servet te DOMINUS, & reddat nobis incolumem. Heidelbergâ, 19. Iul. 1611.

CXXXVII.

QVas 21. Iul. ad me dediſti, eas rectè hic accepi, nam ut ante ſignificavi, Rotemburgenſi itinere ſublevatus fui. Super tuo reditu ad nos exulto, & ſpero fore, ut te aliquamdiu frui poſſimus. Deus te ſalvum nobis reddat. De Dano planè alia nobis Coloniâ nunciantur, victorem Colmariam occupaſſe & Elſeburgum obſidere : contrà Landgravius Brederodio aſſe-

aſſeveraverat, Danum 18. millia perdidiſſe: neſcio an unquam tantum exercitum habuerit. Memorabile illud de fraude Hiſpanorum in æternis odiis ſerendis inter Sabaudos & Gallos; ſed illud magnæ commotionis ſignum, quod accepto nuncio de deſponſata Tertia Sabaudica, Duci Nemourſio, Condeſtabilis Caſtiliæ, pileum ſolo illiſit, hoc enim volunt Hiſpanica illa. Rotemburgum non venit, neque ſuos miſit Neuburgicus, tantum ibi Secretarius VVidman viſus, qui fortè proteſtabitur: neceſſe eſt, omnes ſpes ipſum deficere, quando illic nihil tentat. Principes ipſi venerunt & Marchiones duo, multos ductores & Centuriones ſecum adduxerunt. Præſes 14. Iul. ſcribit, ſibi ſpem factam reſponſi à Cæſare, quod exiſtimant fore, ut durante controverſia, Noſter habeatur pro Adminiſtratore ſalvo iure tertii. Quæ antea ad te perſcripſi, ſpero eum Dresdâ ad nos reverſurum. Deus te ſalvum & incolumem nobis reddat. Has ad Graviſſetum commendavit mihi Colbius, qui te officioſſiſſimè ſalutat, non deerit tibi commoditas mittendi, volunt enim has antevertere ipſius adventum. Vive valeque beatiſſimè 25. Iul. Iacobo ſacro die 1611. Heidelbergâ.

CXXXVIII.

SCripſi ad te Nobiliſſime Domine per Barrerium, quem Ampliſſimus Ancelius mihi commendaverat, iam te ipſum potius expecto, utinam ſalvum & incolumem. Tabellarium hunc, quem Ioh. Carolus Bozemius, cum litteris Regijs, quas te impetraſſe prædicat, aliisque ad me miſit, iuſſi Badenam deflectere honorario etiam præbito, ut per ipſum litteræ Colbii ad Graviſſetum, ſi alia occaſio nondum obvenit, Argentoratum mitti poſſint. Præſes decretum à Cæſare impetravit 20. Iul. quod mitto, ut & Veyrazio quoque exemplum miſi. Hic tibi copia fiet, quantùm lubebit. Ipſe Præſes Dresdam petiturus erat 25. Iulii, ac indè huc rediturus. Inter fratres convenit, reſtant minutiæ; 300. millia annua Cæſari præbentur, & tres dynaſtiæ. Rex in Sileſiam abit. Rotemburgi propoſitio ſollemnis fuit ſine contradictione 23. Iul. Principes Adminiſtratorem domo deduxerunt in Curiam ſollemniter. A Neuburgico Secretarius VVideman litteras habebat ad unitos, quas reſignare Anſpachicus detrectavit abſente Electore Brandeburgico & VVirtem-

tembergico, quibus inſcriptæ quoque fuerant, poſtridie venturus iſte erat, diſtrictus venationibus. Elector Saxo litteras ad Cæſarem dedit ſtudii plenas, monet ne calumniatoribus ſuis aures præbeat, eandem in Cæſaris voluntatem ſuam eſſe, quam fratris defuncti fuerit. Videbimus, quid Præſes ſit relaturus. Rotemburgi decretum, ut unio conſervetur & augeatur, in rationibus probandis difficultates ſe ingerunt, & in Civitatum gravaminibus. De clade Dano illata, confirmatur rumor recentioribus nunciis, ſed de ipſo Rege nihil certi adhuc, ſed de iſtis omnibus coràm. Vale feliciſſimè magnum decus noſtrum. Heidelbergâ, 29. Jul. 1611.

EPISTOLÆ ELECTORUM ET PRINCIPUM &c. GERMANIÆ,

Ad

JACOBUM BONGARSIUM.

MOnſieur de Bongars, i'ay ſçeu par le rapport de mes Ambaſſadeurs, & de Dathenes mon Secretaire, les bons offices que me continuez faire par de la, ie vous en ay de l' obligation, & fay ce mot pour vous en remercier de toute affection, & pour vous prier de continuer, & comme vous ſçauez plus que nul autre, l'equité & iuſtice de mes demandes, & la ſincere affection que de tout temps ie porte à ce qui eſt du bien des affaires du Roy voſtre Maiſtre, le vouloir auſſi remonſtrer, & en ce me faire ſentir les effects de l'opinion que i'ay conçeue de voſtre integrité. Vous aſſeurant qu'en

qu'en toutes occaſions ie ſeray porté & preſt à m'en reuencher. Ie ſuis

Monſieur de Bongars

De Heidelberg ce 10.
Nouembre 1603.

Voſtre affectioné
Frederic Electeur Palatin

MOnſieur de Bongars, Mon ſecretaire Dathenes ma rapporté que luy auez teſmoigné beaucoup des aſſiſtances en la pourſuite qu'il a faicte des debtes qui me ſont deubz par le Roy & Couronne de France. Ie vous en remercie bien affectueuſement, comme auſſi de l'hiſtoire du Sr. Preſident de Thou, qu'il a eue par voſtre moyen, laquelle pour le merité dudict Sr. i'ay commandé eſtre miſe en ma Bibliotheque; Vous me ferez plaiſir de continuer voſtre affection en ce qui ſera de mes affaires, & ie le recognoiſtray aux occaſions qui ſe preſenteront. Sur ce vous priant de croire que ie ſuis.

Monſieur de Bongars.

De Heidelberg ce 8.
de Maii 1604.

Voſtre affectioné amy
Frideric Electeur Palatin.

MOnſieur de Bongars, les ſouuenances que me teſmoignez par tant de demonſtrations, m'aſſeurent de plus en plus de voſtre bonne volonté. Qui me faict auſſi vous continuer ma priere bien affectionée de ſeconder mes lettres au Roy, & à ſon conſeil, de vos prudentes recommendations, & aſſiſtances au Sr. Dathenes en ce que iugerez pour le mieux. En quoy eſtant bien certaine de voſtre affection, i'obmettray toute autre inſtance, & vous aſſureray que ie deſire vous faire cognoiſtre par effect l'eſtat que ie fay de vos merites & bons offices, & m'en reuancher d'auſſi bonne volonté que ie vous remercie du bon liure que m'auez enuoyé, & que ie me recommande à voſtre bonne grace tres affectueuſement. Priant Dieu Monſieur de Bongars vous conſeruer heureuſement ſous ſa ſaincte & digne garde. De Heidelberg, ce 10. Nouembre 1603.

Voſtre tres-affectionée amye

Louiſe Iullienne Electrice Palatine.

JOACHIMUS FRIDERICUS, Dei gratia, Marchio Brandeburgenſis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, & Elector, Pruſſiæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorum, & in Sileſia, ac Croſnæ Dux, Burggravius Norimbergenſis; Rugiæque Princeps.

Magnifice Domine, amice plurimum dilecte, S. De optima veſtra in nos noſtramque familiam animi propenſione & ſtudio, apud nos dubium fuit nullum: ideoque dedimus Domino à VVallenfels in mandatis, ut vobiſcum de legatione Regia ad Sereniſſimum Poloniæ Regem, in noſtro negotio Prutenico ageret: verùm & Sereniſſimus Rex Franciæ Dominus cognatus noſter plurimum colendus, & vos apud nos propter impedimenta & anguſtiam temporis facilè excuſati eſtis: Promovebitis tamen, interceſſionem ad Regem Poloniæ in meliori forma, quàm primum certiores redditi fueritis, tam de reſponſo Regio, quàm expeditione noſtrorum legatorum; Erit è re noſtra: omnia enim priùs conſilio, quàm armis ſapientem experiri oportet, nobis gratiſſimum; recompenſare ſtude-

ſtudebimus diligenter: oſtendetis eo ipſo voscupere, ut arctiùs etiam benevolentiâ noſtrâ vobis devinciamur. Vale rectiſſimè. Dabantur ex Arce noſtra Electorali Coloniæ ad Sprevam 15. die, Februarii, 1601.

Magnifice Domine, amice plurimum dilecte, S. & conſtantiſſimam benevolentiam noſtram. Literas quas Sereniſſimus & Chriſtianiſſimus Galliarum & Navarræ Rex, Dominus, Affinis, & Amicus noſter plurimum obſervandus ad Sereniſſimum Regem, Ampliſſimosque Regni Poloniæ Ordines pro commendanda cauſa noſtra Pruſſica rogatu noſtro, ſuperiore menſe Ianuario exarauerat, ſtatim ad legatos noſtros ad Comitia Cracovienſia iam profectos transmiſimus, & ex iis paucis diebus antè huc reverſis, cognovimus rectè curatas fuiſſe, ad quas, cùm duo reſponſa, unũ Regiæ Serenitatis ſuæ: alterum verò Cancellarii Zamoiſcii, ipſi retuliſſent: viſum nobis eſt in iis una cum adiuncta epiſtola noſtra, in Aulam Regiam tranſmittendis, potiſſimum Dom. V. opera uti, de qua antehac, nobis aliquoties navata, benigniſſimas eidem & maximas gratias agimus, & ipſam adhuc benigne rogamus, ut iterũ ſeſe haud difficilem præbere, & cauſam ipſam noſtram

Regiæ

Regiæ ſerenitati ſuæ quàm accuratiſſimè commendare velit de nobis ipſis verò etiam, uti iam pridem cœpit, bene mereri pergat, nec dubitet quidquid huius fecerit, ſe in Principem gratiſſimum, & Dom. V. benigne deditum collaturam eſſe. Ac quo rectiùs Epiſtolæ noſtræ tenorem Dom. V. intelligat, & ſic maiores Serenitati ſuæ ſtimulos è re noſtra admovere poſſit, idcirco eius exemplum cum Dom. V. communicamus. Quam rectè valere cupimus, & benigna propenſione noſtra ſemper proſequemur. Dabantur Coloniæ ad Spream 14. Aprilis 1603.

MAgnifice Domine, amice plurimum dilecte S. Quantum & religionis Evangelicæ, & ſalutis publicæ interſit, negotium noſtrum Pruſſicum, rectè tandem conſtitui & firmari, non latet Magnificam Dom. V. nec opus eſt de eo cum ipſa prolixius agi. Omnia enim illius momenta pro ſua prudentia, explorata habet, & de iis antehac quoque ad ipſam nos ſcripſiſſe recordamur. Eo autem loco id iam eſt, ut certam & ſolidam deciſionem in proximis Comitiis Polonicis (quibus 10. menſis dies Ianuarii anni ſequentis, ſtylo antiquo deſtinatus eſt) ſortiatur. Id quod amici in

Regno

Regno noſtri ſperare nos iubent. Illuc igitur cùm noſtros legatos omninò mitti oportet, tum aliorum Regum & Principum conſanguineorum & confœderatorum noſtrorum dilectiſſimorum conſiliarios præcipuos, noſtro rogatu, venturos confidimus. Cùm vero Sereniſſimi etiam & Chriſtianiſſimi Regis nomine adeſſe, tunc aliquem cuperemus, qui nobis & legatis noſtris aſſiſteret, ac prudentiâ & interceſſione ſua communem cauſſam tueretur; ea de re iam per Nobilem fidelem nobis dilectum, Iohannem Chriſtophorum à Volmar, aulicum noſtrum, ad Regiam Serenitatem ſcripſimus, & ut nobis ipſa vel in eo gratificaretur, vel ſaltem litteris accuratiſſimis ſereniſſimo Regi & Ordinibus Regni Poloniæ propenſionem ſuam erga nos & familiam noſtram pluribus teſtificaretur, rogaremus: nec dubitamus in alterutro nobis à Regia ſerenitate ſua ſatisfactum iri. Quod ſi autem Regiæ Sereniti ſuæ legationis deſtinandæ conſilium perſuaderi poſſet: quod nos certè mallemus, ſimul ipſa de nobis quàm optimè mereretur, ſi Dom. V. provinciam hanc eundi in Poloniam demandaret. Itaque ab ea benignè contendimus, ut omnem operam noſtra cauſſa det, quo celeriùs à Regia Serenitate ſua hoc impetretur. Quo nomine nos Domina-

minationi veſtræ magnopere obligatos cenſebimus, & gratiam illi prolixam referemus. In cæteris, quæ dicto aulico noſtro expedienda erunt, ſi Dominatio Veſtra Magnifica illi operâ & conſilio ſuo non defuerit, nobiſmet ipſis id præſtitum eſſe putabimus. Cui & propenſionem noſtram conſtantiſſimam commendamus & cuncta fauſta precamur. Dabantur Coloniæ ad Spream, ex arce noſtra Electorali 17. Nouemb. 1604.

Monſieur, Mes gens reuenus de Heidelberg, m'ont rapporté deux choſes, l'une que touchant le different arriué ſur l'adminiſtration du Palatinat, il croit de iour en iour, le Duc de Neubourg tentant tout ce qu'il peut pour obtenir ſon deſſein, pour lequel obtenir il negotie à Prague d'une facon aſſez dangereuſe: pour laquelle contrecarrer mon couſin L'Adminiſtrateur faict appeller ſon Excellence Le Prince Maurice, comme Coadiuteur conſtitué par le teſtament, Lequel on eſpere qu'il viendra en perſonne pour executer le contenu dudit teſtament. C'eſt à vous donc à iuger laquelle mine de ces deux iouera le mieux: Dieu vueille conſeruer és terres du Palatinat ſon vray Euangile qui a eſte iuſques à

ques à preſent bien fondé & conſerué par des braues & fidelles Miniſtres, lequel auſſi vueille empeſcher toutes occaſions qui pourroyent cauſer une rupture de l'union. Le ſecond point qu'ils m'ont rapporté eſt que Bauiere aye faict vn accord auec les Deputés de l'union, ſi bien qu'en peu de iours on licenciera d'un coſté & dautres les troupes. Ils adioûttent, (comme il m'a auſſi eſté eſcrit de Prague par mon Secretaire du cabinet) que les troupes Paſſauiennes comme mutinées marchent par la Boheme pour eſtre payées de 700000. Reistalers qu'ils pretendent leurs eſtre deus; mais que les Bohemiens ſont tous preſts pour ſe battre auec eux, & les payer auec l'eſpée. Voilà tout ce que ie vous puis dire pour le preſent. Le conſeil de Heidelberg n'ayant communiqué aux miens que telles generalités. Si vous auéz quelque choſe de plus, & principalement concernant le ſacre de Reims, ou autres Particularités de France, il vous plaira de me les communiquer. Et vous ayant eſcrit ce mot en continuation de noſtre correſpondance. Ie demeure, *Monſieur*

De Marbourg ce 26.
Octobre 1610.

Voſtre tres affectioné
Maurice Landgraue de
Heſſen.

Monſieur

Monſieur, Voſtre derniere datée de Hanau 11me de ce mois m'a eſté rendue ce matin: mais ie n'ay pas encor receu le paquet de mon Couſin le Duc de Bouillon, il m'a eſté fort agreable d'entendre par la voſtre, voſtre hereux retour de Heidelberg. Quant aux matieres contenues en voſtre lettre, elles m'ont d'une part conforté, d'autre part esbahi, combien que le cours de ce monde tant peruers ne me deuroit occaſioner ny à l'un ny à l'autre. Le propos tenu à Madame la Regente Mere du Roy par l'Ambaſſadeur, &c. ſemble nous deſcouurir à plein les diſſimulations de la grande maiſon, Dieu ſoit loué que cela ſe diſcouure à bon temps: Le feu Roy me la eſcrit il y a deux ans: la reſponce a vrayement eſté Royale, Dieu vueille qu'on tienne bon. La France a bien faict de ne luy auoir rien accordé. La crainte qu'a la Ville de Geneue eſt raiſonnable, mais plus raiſonnable, qu'on y remediaſt. Touchant Monſieur l'Adminiſtrateur ie m'appreſte pour l'aller voir, & vous verray en paſſant par Hanau, & de la me rendray à Vinbſtat, ou i'eſpere auoir l'honneur de renoueller noſtre vieille cognoiſſance auec mon Couſin Le Duc de Bouillon, ou i'apporteray vne eſtran-

eſtrange relation de ce que les Ambaſſadeurs de . . . , ... proposé à Friduald, qui tendent à la ruine de noſtre Germanie, laquelle eſt deſia bien aſſez troublée. Si le Conte de Zolleren n'a deſia paſsé outre, ie deſireroys fort de conferer auec luy en mon paſſage. Remettant le ſur plus à vous dire de bouche arriuant chez vous, ie vous aſſeure cependant.

Monſieur que ie ſuis & demeure,

De Marbourg ce 16.
Nouembre 1610.

Voſtre tres affectioné
Maurice Landgraue
de Heſſen.

NObiliſſime Domine S. Ex litteris quas ad te mittit cognatus meus Otto Comes Solmenſis cognoſces eum ex Gallia rediiſſe, & à Rege mandata ad Illuſtriſſimos Principes Evangelicos habere: quæ niſi communicato cum utroque noſtrum conſilio exponere iuſſu Maieſtatis eius vetitum ſe mihi confirmavit: ideoque eum te rogare non dubito, ut ſi quo modo fieri poſſit, huc ad nos venias. Etſi igitur te perpetuo tuo in Remp. ſtudio, propenſaque in Regis commoda voluntate adductum,

omnia

omnia poſt habiturum ſcio, quo ad nos venias: idem tamen precibus abs te contendendum exiſtimavi. Multæ ſunt cauſæ quamobrem noſtro congreſſu opus eſſe putem. Primùm Maieſtatis eius mandatum peculiare, communi enim conſilio, quod præſentes multò commodius capiemus, quàm per litteras, res commodaque Majeſtatis eius longè celerius promouebimus. Deinde perſcripſit ad me Rex, ſe ea viginti duo florenorum millia, quæ Illuſtriſſimus Princeps Georgius Fridericus Brandeburgicus à Capitulo noſtro petenda Majeſtati eius impertiit, militi Germanico oppigneraſſe, ſerioque à me petit; operam dem, ut ea dicto militi intra huius anni exitum perſolvantur, quo Majeſtatis eius fides liberetur. Ei rei ut maturè proſpiciamus, & tuo conſilio aliquam rationem inveniamus neceſſe eſt. Nam Præfecti militum ſolutionem urgent, & ſe impetraturos ſperant. Tertiò quæ de Illuſtriſſimo Duce VVirtembergico noſtroque Adminiſtratore ad te perlata ſunt, tantùm abeſt ut confecta ſint, ut etiam ſine aliquo mediante tranſigi poſſe exigua ſpes ſit. Itaque quod VVirtembergicum tibi uni omnium aures præbere & aſſentire; nos non præterit, è re noſtra & Rep. futurum indicamus, ſi tuo aditu colloquioque Celſitudinem

dinem eius ad æquas rationes permoveris: quod facilè te confecturum ſpero: modo tuis occupationibus tantum otii eripere liceat. Denique congreſſu noſtro Illuſtriſſimorum Principum Evangelicorum conventum maximè promotum iri certum eſt. Is enim quod in dies differatur, culpa non eſt mea, ſed eorum qui cùm in ea re plurimum poſſint, minimum tamen de ea laborarit, neque alios agere patiuntur. Quamobrem ſi huc venire non ſit commodum, locum qui tibi maxime viſus fuerit quo te adire poſſimus, conſtitues, noſque quàm primum certiores facies. Vale vir Nobiliſſime. Argentorato, 25. Auguſti, 1596.

Tui perquam amantiſſimus.

Erneſtus Comes Mansveldius.

NObiliſſime Domine S. Reddita eſt mihi heri noctu abs te epiſtola heſterna die ſcripta. Salvum te Argentinam rediiſſe gaudeo: tibique, qui pro tua humanitate, huc ad me velis te conferre, gratias habeo. Equidem cùm tuo congreſſu nihil mihi ſit gratius, neque iucundius, libentiſſime te hodie expectaſſem. Verùm nudius tertius in eo conventu qui Offenburgi

burgi eſt habitus, permiſſum eſt Imperatori delectum militum quos in Vngariam conſcripſit, habere in his locis, quæ partim ad Epiſcopatum pertinent. Itaque neceſſariò mihi conſtituenda ſunt hodierna die plurima in Præfectura mea, quæ ante veſperam confici non poſſunt. Qua de re abs te peto congreſſum tuum in craſtinum diem differas quo te ſub veſperam hic expectabo. Vale Nobiliſſime Domine. Oberkirchio ſexta Aprilis 1597.

Tui peramantiſſimus

Erneſtus Comes Mansveldius.

S. P. Nobiliſſime Domine, amice peramantiſſime, Ex tuis 13. die huius ad me datis intellexi, habere te, quæ cum affine meo Erneſto Comite Mansfeldiæ & mecum communicata cupis: Verum cum ille ſexto die Iulii ad me ſcripſerit ſe in Comitatum Schavvenburgenſem abiturum, hactenus mihi conſtare non potuit, utrum adhuc ibidem commoretur necnè: Vbi verò de reditu ipſius certior factus fuero, eum tibi ſignificare haud gravabor, & literas adiunctas, quam primùm affinis meus Marpurgum vel alibi appulerit, ad ipſum transferri curabo. His

paucis

paucis te protectioni divinæ commendo. Dabantur Butzbachii 7. Auguſti, ſtylo Veteri Anno 1601.

T. Peramantiſſimus

Hermannus Adolphus
Comes Salmenſis,

Benigne Lector.

PAucas has magni Scaligeri, aliorumque celebris doctrinæ virorum epiſtolas, pagellis quæ vacabant implendis ſi adiungerem, rem tibi non ingratam me facturum putavi.

A Monſieur de Bongars, à Straſbourg.

MOnſieur l'ac receu la voſtre, par laquelle vous me donnes aduis de Georgius Monachus Syncellus continue par Theophanes, qui auroit beaucoup de Fragmens de Chronicon d'Euſebe, & qu'il en ya un en la Bibliotheque du Roy. Cela m'a faict venir la ſaliue en la bouche. Mais c'eſt deſirer ſans effect. Car il n'ya nulle eſperance, d'en pouuoir rien retirer. Veu qu'en plus legeres choſes Monſieur de Thou Preſident en la Court, & grand Maiſtre de la librairie n'a vou'u rien faire pour moi. Parce je vous ſupplie de chercher ces eſchantillons, que vous en auos recueilli de la Vaticane. Vous nous ferez beaucoup d'honneur & de profit au public. I'ai retire le Gre & plus de trois quarts de ce Chronicon: faict bien vn iuſte volume. I'ai confere liure auec pluſieurs manuſcripts. Nous y a iouſterons pour contenter les gens de bie quelques notes. Et oſerai bien dire, que ſaulſe vauldra bien le chapon. Si vous pc uies trouuer ces Extraicts, nous l'enuoier pluſtoſt ſeroit le meilleur. Il fauldra addr ſer le tout a Iehan Commelin, que vous gnoiſſes, oncle de Iude Bonnenuict. M

ſieur ie prierai Dieu, vous maintenir enſa-garde. De Leyden ce 16. Iuillet 1601.

Voſtre tres affectioné a vous ſeruir

Ioſeph della Scala.

A Monſieur,
Monſieur Bongars, à Paris.

MONſieur. Ie vous renuoie voſtre Euſebe, en vous remercient infinement. Vous le receures par les mains de Monſieur Caſaubon, vous aues toute puiſſance ſur moi. Ie prierai Dieu Monſieur vous maintenir enſa garde. De Leyden ce 19. Nouembre 1607.

Vr. bien humble a vous ſeruir

Ioſeph della Scala.

A Monſieur,
Monſieur de Bongars, &c. à Strasbourg.

S. P. Binas tuas, quarũ his adſcriptus dies 17. Iulii, illis 8. Auguſti, eodem die recepi ante quinque ſex dies. Ex quibus liquido apparet amor

 tuus.

tuus in me magnus, cui non ſufficiebat differre excuſationem epiſtolæ amiſſæ in adventum, niſi id & altera interim prævia enixe præſtares. Quo ipſum te mi Domine multum amo, magnasque ago atque habeo gratias. Interim gratulor etiam mihi te nobis viciniorem, futurumque uti paulo mox beer deſiderabili tuo vultu. quem dum de die in horam opperior, libet etiam tribus verbis repræſentare ſermonis hanc qualecunque imaginem. De Vulcanii Cyrillo ſpero rem fore Reip. Chriſtianæ utiliſſimam, eaq; ſecundum Deum tibi debebitur à doctis & bonis. Adveniat modo, liber ergaſtulo ſuo longo panegyri proxima. Ad Rigaltium quod attinet; acquieſco eius voluntati. neq; enim aliud mihi curæ, quam ut auctores illi videant lucem publicam. Ad eam rem cum offerent operam ſuam Commeliniani, non videbatur mihi prætermittenda tam bona occaſio, hac Typographorum annonâ. Verum de eo, ſi Deo videbitur, coram. Nam è bibliotheca Viennenſi nihil dum recepi Heronis, adeo ut nullum ſit in mora periculum. Ita eſt. Grammaticos aliquot à te miſit Dn. Marnius communicandos Putſchio, iuveni admodum adhuc adoleſcenti, ſed egregie docto, nec minus bene morato, quantum licuit colligere ante an-

num, uno alteroque colloquio quod mihi heic cum eo Heidelbergæ, quo excurrerat Francofurto: eum è Belgio quotidie heic iterum expectamus. Non fruſtra quæris quis ſit. nam non quivis ſane par tanto oneri. Metuo ne & ille ſuccumbat, niſi nobis det auctores illos per partes. nam vel unus Priſcianus ætatem hominis ſibi poſtulet: adeo in eo multa mendoſa & mutila. Ego iam totus ſum in proſtituenda fama mea conciliandaque mihi inſigni infamia; publicando Diſſertatiunculas in Tacitum: alieniſſimo meo tempore. Iam enim penè tertius eſt menſis, quod miſere affliger & ægrotem in multiplici morbo filiolæ infantis; quæ animam tantum habere videtur ut agat: ante ſeptimanas aliquot fuit epileptica: unde colica eſt an paralytica, imò & (niſi fallit tumor ventris) hydropica: ſive domi adſum, ſive foris; non poſſum excutere auribus triſtes eiulatus quibus cubile ſuum implet. Hinc collige quàm induſtrie manum admoveam operi illi meo. Ita me Deus amet, conieciſſem collectanea omnia in ignem; niſi veritus fuiſſem ne fidei ſubleſtæ me poſtulaſſetis; imprimis Typographus. Sic fidei meæ velificor ad infamiam. O infelicem navigationem! Sed & hoc mihi in fatis. Adesdum igitur mi Domine, & Diſcurſus illos varios

(ita enim Latine nomino) lauda, prædica, non ore modo, ſed vultu & manu & ſcripto, ut à tuo favore impetrent, quod à merito ſuo nunquam impetrabunt, non ſi voto meo æque haberem obſequentem Bacchum, quam habuit Midas, ante natas ſibi aures aſini. Sed & de his plura coram. Veni modo & hanc animam ſole tuo refove, mi Bongarſi, ut ſolitus es. Præcipitabam die 4. Auguſti Iuliani Heidelbergæ. Salutem pl. adſcribo Dn. Gothofredo, Dn. Harthebio, & ſi quis iſthic præterea mei amantiſſ. Imo & Dn. hoſpitem tuum Dn. Graviſſetum his adnecte.

Devotus nomini amabiliſſimo, tanquam ſi orbi eſſet in deliciis Bongarſiano,

I. Gruterus.

A Monſieur,
Monſieur de Bongars, Seigr. de Chesnaye & Conſr. du Roy &c. Paris.

SAlve plurimum mi Domine. Ante tres quatuor dies ſcripſi tibi de Cyrilli libellis Vulcanianis ſubobſcure. nunc ut res tota liqueat, Scias de eis conſtare etiam Dn. Caſaubono ex quo reſcibis unde petendi. hoc temporis articulo reſpondere nequeo literis Dn. Morelli, ob multiplices occupatiuncu-

tiunculas quibus intricor. itaque ſi per occaſionem ei ſignificaveris non potuiſſe me ei ſubmittere Libaniana quæ penes Hœſchelium (quod de hac eius voluntate ſerius me docuiſſet epiſtola eius) rem mihi feceris gratiſſimam, obtinebisq; antiquum, iuvandi ſcilicet ornandique amicos ſtudium. Scripſi tamen è nundinis eidem Hœſchelio, & communicabit quidem, ſcio, quæ cupit. ſi per ipſum modo ſteterit; & Schottus etiam aſſentiatur. Incluſam item non gravaberis per tuos tradere Dn. Caſaubono, una cum exemplari Inſcriptionum, quod amori eius debeo lubens merito: accedit eidem item Seneca Schotti, quem neſcio tamen an tibi potius quam ipſi donatum volebat Schottus; amiſi enim epiſtolam eius, ſcioque petiiſſe duobus viris mitterem, Fabro & ſive tibi ſive Caſaubono & memoria quidem prependet in Caſaubonū. itaque ſi forte ipſe deinde tibi quid ſcripſerit, unde detegatur meus error, ignoſce quæſo oblivioni meæ. Alterum exemplar ſi optimo virorum ampliſſimo Dn. Nicolao Fabro communicare item non dedignaberis, levabis me ſcriptionis onere, quam hoc articulo temporisquo domum cogito, vix expedio. adde quod nulla mihi cum tanto viro notitia. Scis autem auſpicales illas literas de-

P 4 bere

bere aliquid in ſe habere aut venuſtatis aut gratiæ, at hoc tumultuario & loco & tempore, utraque ſe à me ſegregavit; quam tamen nunquam viſam mihi dicere debebam, niſi in ſomniis. habitat enim triga ille Charitum & Venus unica, in pectore, in corde, in cerebro mi Bongarſi tuo, contubernium ſcilicet indiviſum. Iam defunctum te putas? non es mi Domine. Ecce enim & ad virum incomparabilem Dn. Thuanum veſtrum epiſtolium iſtud. cui adiectum item velim Inſcriptionum exemplar, devoti & obſervantis animi arrham, quam diu eſt quod virtutibus eius ac doctrinis debeo. Dn. Mercero tuo-meo non minus quam Phœbi ac Palladis plures meas ſalutes tuâ Suadâ propinabis ſpero. Francofurti extemplo planè die 24. Septemb.

Tuus ſine exceptione totus totus Ianus Gruterus, O & præſidium & dulce decus meum.

S.P. Vir ſumme. Etſi ante tres quatuorve dies tuis exoptatiſſimis reſponderim plane extemplo, itero tamen ſcriptionem; ideoque itero. nam dum nimis feſtino, id potiſſimum oblitus ſum, qua de cauſſa te alloquendum puta:

putabam. Nimirum iam videtur pulcra eſſe occaſio mi Domine, deſcribendi duos tresve libros illos Miſcellaneorum Iohannis Brodæi, quos nunquam editos eſſe, & tamen adſervari apud Amicum aliquem tuum, aliquando te ex audire memini. Excuderunt quidem rancofurtani libros eius ſex, priores ex ſed poſſent poſtumi illi commode ſubiici, aut reſervari editioni ſecundæ. Hanc rem tu nobis curabis ſcio, ſi modo curari poteſt. itaque non inſto pluribus. Wouvverii Minutium tradidi una cum literis Dn. Druarto, & reperiet ipſe alibi inter chartas ſi quæ ſiverit, ſcio. nam Marnio nihil tradidi. De Nicolai Fabri, viri plane eximii Notis in Senecam, quid fit? imo quid non fit? Si dignaretur mihi transmittere, inſererem ſuis locis, ea mentione nominis ipſius, quam virtute ac doctrina meretur. Nos hic recudimus, imo non nos ſed Bonutius Senecæ controverſias Schotti: quæ miſellæ prorſus periiſſent, niſi me nactæ fuiſſent Vindicem. nunquam pervenerunt ad Candolam. Alium faſciculum librorum, earum loco receperat à Kalandrino, qui eas domi ſuæ relictas iam non meminerat amplius; imo paratus erat dare iusiurandum Romanum, niſi caſus quis ſuperveniſſet. Eſt ergo quod mecum læteris, iſtudque pulcrum facinus

Dn. Schotto per occaſionem communices: forſan commodiora habes itinera: hæret enim Inſulæ in Flandria, ultimamque imponit manum Photii Bibliothecæ Latinæ. Dn. Morello plurimam adſcribo ſalutem cum prece ne negligat compellare Hœſchelium per literas, & per Indiculum ſignificare, quænam habeat Libaniana Græca. Scripſit enim mihi heri plurima habere quibus editionem reddat ornatiorem. & verò ego ei ante 4. annos aliquot centum epiſtolas Libanianas miſi, quas Schottus reliquerat penes Commelinum piæ memoriæ. Si & mihi ſubmiſerit finem initiumque opuſculi cuiusque & Epiſtolæ, libens iterum perluſtrarim Codd. Bibliothecæ Palatinæ in quorum quinque ſex plurima Libaniana. Syneſium apud vos excudi ſignificavit Druartus & vidi ſpecimen, nō dubito quin auctiorem eum haberent, ſi de hac re conſtaret Schotto, qui iam ab aliquot annis illud agit. Scripſi ei in Nundinis, ſed neſcio an etiam receperit Hæc habebā, mi Domine, quæ tecum garrirem vocibus iſtis plumatis. Salutem & obſervantiā nuncio viris magnis, Dn. Præſidi Thuano, Dn. Caſaubono, Dn Rigaltio &c.

Tuus tuo merito totus

Gruterus.

Lauren-

Laurentius Bochellus C. V.

Iacobo Bongarſio ſuo. Baſileam.

NAE, mi Iacobe, cum à nobis diſcederes, & de aulicorum noſtrorum bullis meritò ſuccenſeres, ex animo Vale non dixiſti: qui iamdudum animus tot fallaciarum, opinor, Gallicarum pertæſus Hieroſolymis degebat. Quid ni tuum nobis de expeditionis Hieroſolymitanæ ſcriptoribus in publicum emittendis inſtitutum non aperuiſſes. Voluiſti, ſcilicet, quem profanum & litium miſerabilibus nugis implicitum compereras à ſacro Sionis limine arcere. Abſit, Bochellum adprime noſti, qui ſibi res, non ſe rebus ſubmittere ſuetus, variis iſtorum δικαιολογουμένων procellis iactari quamdiu Muſas in portu ſecurus videbit nullus patietur. Ergo tuum hac de re conſilium ut primum per Fr. Pithæum innotuit, Roberti cuiuſdam Rhemenſis qui octo libris Hieroſolymorum hiſtoriam deſcripſerat, & quam è direpta nequiter bibliotheca noſtra fatalis rabies reliquam fecerat, in mentem venit, eamque tibi perferendam lubens dedi. Quis & cuius notæ Robertus iſte, iudicii tui erit; forſitan eo ſeculo non indi-

indiligens ſcriptor fuerit. Ego ne diutius in publica peccem commoda Euſebii Chronicon emendatius paro; de illius prope diem editione fidem habe & Vale. Lutetia Pariſiorum. a. d. 12. Kal. Iunii. cIↃIↃIIDC.

V. A. Iacobo Bongarſio, Sereniſſimi Galliarum Regis Conſiliario

Thomas Seghetus S. P. D.

IAmdudum ad te V. A. ſcripturienti defuit argumentum, quod ecce ſubminiſtravit mihi benigna in literis tuis ad D. Boiſſium memoria, & amicus apud ampliſſimos A Collibus & Lingelshemium de me ſermo; quod ex Lingelshemii literis cognovi. Liceat mihi ſine aſſentationis notâ verum & ſincerum animi mei candorem per epiſtolam aperire, quod coràm facere prohibebat pudor. Ego te V. A. iamdudum ex famâ notum ob inſignes virtutes ſuſpexi, & tacitum cultum dicavi nondum viſo. Poſtquam vidi, &

— — coram data copia fandi,

& ſermones tuos deguſtavi (neque enim haurire licuit per temporis anguſtiam & occupationes tuas) adeò exarsêre in me hi affectus, ut illud ſcintilla, hoc incendium videa-

deatur. Quia verò reges Perſarum nemo ſine munere adibat, volui & ego apud te hoc uſurpare, cuius pluris facio virtutem quam regum fortunam. De alieno liberalis fui, quia mihi curta domi ſupellex. Gratiam & dono & danti conciliabit accipientis humanitas. Vale V. A. & uſu me tuum fac qui animo ſum. Francofurti Kalend. Iunii cIↄ Iↄ CVII.

PVteanus ad me ſcribit LIPSIOMNEMA ſuum cudi ſive λόγοι μνημονευτικοὶ quem habuit cùm anniverſarium Lipſii obitus diem Academia Lovanienſis celebraret.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google